


QK
321
.B4




Biblioth
ÉMILE

Catalogue

orient de

810

†QK321
.B4



Livres provenant de la bibliothèque botanique
d'Emile Burnat (1828-1920), insérés en octobre 1920
dans la bibliothèque du Conservatoire botanique de
Genève, conformément à l'Acte de donation d'Emile

177187
177187

DPLICATA DE LA BIBLIOTHÈQUE
DU CONSERVATOIRE BOTANIQUE DE GENEVE
VENDU EN 1922

ENUMERATIO

PLANTARUM VOLHYNIAE, PODOLIAE,
GUB. KIIOV. ET BESSARABIAE
CIS-TYRAICAE etc.

Dozwala się drukować dnia 25 Maia 1822 roku.

August Becu Dr. Fil. i Med. Kaw. P. Z.

V. S. B E S S E R. M. D.

PR. ZOOLOGIAE ET BOTANICES, PRAEFECTI HORTI
BOTAN. LYCEI VOLHYN. CAES. UNIV. VILN.

SOCII HONOR. NEC NON CAES. SOCIET.

NAT. SCRUT. MOSQUE. ET MEDICAE

VILN. SODALIS.

E N U M E R A T I O

PLANTARUM HUCUSQUE IN VOLHYNIA, PODOLIA, GUB.
KHOVIENSI, BESSARABIA CIS-TYRAICA ET CIRCA
ODESSAM COLLECTARUM, SIMUL CUM OBSERVATIONIBUS
IN PRIMITIAS FLORAE GALICIAE AUSTRIACAE.

*Notatio naturae et animadversio
peperit artem. C I C E R O.*

V I L N A E

TYPIS JOSEPHI ZAWADZKI UNIVERSITATIS TYPOGRAPHI.

MDCCCXXII.

1862



PRAEFATIO.

Opusculum hoc originem suam debet iussui Ministri publicae educationis, f. r. Alexii Cyrillidae Comitis Razumowski, ut nempe, tam Gymnasiorum quam inferiorum Scholarum praeceptores, tempore a munere libero, quilibet in sua quam proficitur scientia, colligant notationes et observationes; atque ut sciant, quid in hoc negotio faciendum sit, idoneis Consiliis, typis editis, instructi fuere. Secundum idem mandatum, omnes eiusmodi factae et descriptae animadversiones submittantur iudicio Universitatum, necesse est.

Ut huiusmodi praeclaris Consiliis morigerarer, utpote qui ab ipso initio muneris mei, Floram harum provinciarum, ubi antea Gymnasium, nunc Lycei nomine insignita schola princeps Cremeneci est, colui et proprio motu et sequens voluntatem f. r. Thaddaei CZACKI, viri, cuius merita in rem literariam laudesque nulla unquam obscurabit oblivio, a quo huc vocatus fui; quaecumque circa eam observavi, partitis vicibus titulo *Enumerationis plantarum*, cum Caesarea Universitate Vilnensi communicavi, adiungens relationes peregrinationum institutarum, tum etiam de forma Florae aut de alio themate disserens.

Dum cl. Professor *Wolfgang*, relationes has, in Commentarios Pharmaceuticos (*Pamiętnik farmaceutyczny wileński*) Sectionis Pharmaceuticae Societat. Caes. medicae Vilmensis, sua cura digestos, receperit, rogavi ab illo, ut et supradictae Enumerationi locum ibidem destinaret. Quo facto, non solum in fasciculis subsequentibus Commentariorum, Enumeratio ipsa cum Continuatione prima edita est, verum etiam, plurima eiusdem exemplaria, /publici iuris separatim facta sunt.

in sedo Ideo redux Vilna, vere proxime elapso, impressa revidi atque continuationem secundam, et correctiones priorum elaboravi; quae omnia nunc Botanicorum iudicio submitto, petens eorum indulgentiam ratione opusculi, foro publico primo non destinati, cuius duntaxat unicum fuit institutum, ut persuasum haberent rei scholasticae apud nos moderatores, me ad Floram indigenam adumbrandam incumbere.

Commercia literarum colens cum celeberrimis Botanicis tam Imperii Ruthenici quam cum exteris, de plurimis plantis iam certior factus sum; restant tamen multae mihi dubiae, de quibus peritorum sententiam rogo. Specimina sicca lubenter sum communicaturus, uti et hucusque feceram. Ceterum grato fateor animo, quod omne fere auxilium, in factis peregrinationibus a discipulo quondam meo, nunc munere mihi iuncto, Antonio *Andrzejowski*, Florae, et praecipue plantarum crucifera- rum cultore indefesso, tenemus a liberalitate excellentium has regiones inhabitantium procerum

reique herbariae promovendae optimorum fautorum. Sumptu Ill^{mae} Comitissae Constantiae *Rzewuska* e Principibus *Lubomirskiis* natae, et Ill^{morum} Comitum *Venceslai Rzewuski* et *Philippi Plateri*, Podoliam australem (vulgo *Pobereże*) plantis raris imprimis abundantem, *Andrzejowski* ter peragravit, examinavit littora *Tyrae* (v. *Dniester*) ad eius ostia usque, scilicet ad pontum *Euxinum*; secutus est *Hypanim* (v. *Boh*) per totam Podoliam; atque *Odesam* bis adiit, praeter excursiones per *Volhyniae* et *Podoliae* varias partes, quas ipse aut proprio Marte, aut mecum, data occasione, instituit. Ill^{mus} Comes *F. X. Malczewski*, anno 1816 praebuit mihi facultatem videndi Pontum *Euxinum*, itinere, duplici directione, per Podoliam, gubernium *Kiioviense*, et *Bessarabiam* facto. Multas quoque plantas indigenas debemus fervori Ill^{morum} *Viro*rum, *Honorarii* *Scholarum* *Districtus Rownensis* praefecti, *Equitis Boreyko*, et *colonelli Ratomski*, non paucas etiam doctissimo *M. D. Friedländer* circa *Humań*, *Camenecum* et *Ostrog* lectas. *Experientissimus* *M. D. Jos. Kosiński* mihi indicavit plantas rariores circa *Zaleszczyki* ad *Tyram* in *Districtu Tarnopoliensi*, quem percurri annis 1814 et 1815. At series prodiret nimis longa, si enumerare vellem singulos, qui ad illustrationem *Florae* harum provinciarum contribuere. *Caesarea Universitas Vilmensis* et amicissimus *Professor Wolfgang* librorum suorum copiam mihi fecere. *Hicce* *Florae Lithuanicae* cultor ardentissimus, plantas plurimas *Lithuanicas* et *icones rariorum*, quas de-

pingi diligentissime curavit, mecum communicavit. Vir Clarissimus Prof. *Jundzill* herbarii Gilibertiani perlustrandi libertatem mihi concessit; idem plantarum a Mag. Phil. Josepho *Jundzill* ex itinere per gub. Vilmense ad mare Balticum usque, sumptu Universitatis hoc anno instituto, allatarum, potestatem examinandi largitus est. Professor *Szubert*, Praeceptor *Ciechański* et Pharmacopoeus *Sienicki*, Varsavienses, atque Praefectus horti Caesarei Białystockensis *Piper*, stirpes districtuum suorum, promiserunt. Hisce adminiculis suffultus, elaborationem Florae totius quondam Regni Poloniae, a Borysthene (Dnieper) et Ponto Euxino ad Vistulam, a Carpathis ad mare Balticum extensi, si Superi faverint, aggrediar, ut desiderio communi, saltem aliqua ex parte prospicere possim.

Cremeneci, XV Octobris MDCCCXXI.

ENUMERATIO PLANTARUM

P E R

VOLHYNIAM ET PODOLIAM

HUCUSQUE OBSERVATARUM.

P A R S P R I M A

CONTINENS PLANTAS CLASSIUM XIII. PRIORUM
SYSTEMATIS SEXUALIS.

Explicatio abbreviationum.

Plantae nulla litera apposita occurrunt in utraque provincia locis iis consuetis.

A.	significat	D. Andrzejowski
C. D.	—	Circulum (Powiat) Dubniensem.
C. Crem.	—	C. Cremenecensem.
C. L.	—	C. Luceoriensem (Łuck).
P. v. Pod.	—	Podoliam.
Prim. Fl. Gal.	—	Besser, Primitiae Florae Galiciae austriacae, Viennae 1809. Partes duae.
U. vel Ucr.	—	Ucranium
V.	—	Volhyniam
Dr. Fr.	—	Dnum Doctorem Friedlaender.

CLASSIS I.

MONOGYNIA.

I. HIPPURIS.

1. *vulgaris*.

II. CHARA.

2. *vulgaris*
hispida Prim. Flor. Galic.
P. 1. p. 20.3. *capillacea* Dec?

Fructum maturum nondum vidi.

In fossis prope Szepetyn. C. D. V.

DIGYNIA.

III. CALLITRICHE

4. *aquatica*. W. Eb.Vidi hactenus *C. intermediam* W.*Sp. pl.* et caespitosam Schulz, quas modo omnes ut varietates agnoscimus.

IV. BLITUM.

5. *virgatum*. V.

CLASSIS II.

MONOGYNIA.

V. FRAXINUS.

6. *excelsior*.

Sat frequens. Occurrit varietas cortice fusco ramulorum et petiolorum basi purpurascente.

VI. CIRCAEA.

7. *Lutetiana*.

VII. VERONICA.

8. *spicata*. Rarior in V.9. *orchidea*, foliis oppositis cauleque pubescentibus; radicalibus oblongo-ovatis crenatis in petiolum decurrentibus, caulinis oblongis crenato serratis subsessilibus; laciniis corollae lanceolato-acutis tortuoso-conniventibus. Prim. Fl. Galic. P. 1. p. 27. Crantz Sterp Austr. fasc. IV. p. 384. (Excl. Syn. Ital. Lantii et Fl. Dorr.) Sprengel Plant. minus cognit. Pugill. II. p. 1.V. *cristata* Bernhardt in lit.V. *hybrida* M. B. ex autopsia specimenis ab Ill. auctore mecum communicati. Planta summopere varians, cuius essentialis character in corollae forma consistere videtur: corollae nempe tres lacinae inferiores, sunt lineari-lanceolatae, minutissimae, superior lanceolata, dorso carinata, omnes tortuoso flexae. Folia caulina subsessilia, minus in petiolum attenuantur quam in *V. spicata*, quorum a pluribus fuit confusa. Folia radicalia quandoque cordata testante Ill. a Cons. Stat. et Equ. L. B. Marschall a Bi-berstein, ovata, obovata aut lanceolata.10. *incana*. P. Ucr. A.11. *longifolia* Schrad.

Planta quoque polymorpha, aequae sequens.

12. *spuria*.12. *foliosa*. Prim. Fl. Gal. P. 1.

p. 29

quae variat praecipuis foliis latioribus et angustioribus, serraturis grossis et parvis, aequalibus et inaequalibus.

13. *serpyllifolia*.14. *scutellota*.15. *Anagallis*.16. *Beccabunga*.17. *officinalis*.18. *Chamaedrys*.19. *latifolia*.20. *dentata* Schmidt. (*prostrata* M. B. in lit.)21. *prostrata*.22. *austriaca* Jacq.22. *austriaca* V r β. Prim. Fl. Gal. P. 1. p. 35

Si comparamus definitionem ab

immortali Linnaeo datam in Edit. II. Holmiensi, *Spec. pl. p.* 17, inste-
dubium est movendum, anue in-
tellexerit plantam a *Cel. Jacquino*
descriptam et depictam in *Fl. austr.*
t. 329 f. 1—4. Magis cum descri-
ptione Linnaeana quadrat. f. 5. *Jac-*
quini l. c. Utramque plantam de-
nuo in solo natali anno elapso
examinavi.

Var. *a Prim. Fl. Gal. V. au-*
striaca L. magis accedit ad *V.*
dentatam; alteram vix a *V. mul-*
tifida, cuius specimina originali-
e Caucaso benevolentia cl. Doct.
Fischer Gorinkensis et Jll. a Cons.
Coll. et Equ. *Steven.* et culta ex
horto possideo, distinguere va-
leo, quae nonnisi habitu graci-
liori et caulibus patentibus dif-
ferunt.

23. *arvensis.*

24. *agrestis.*

25. *persica*, *Desf.* Ex autopsia
speciminum in loco natali lecto-
rum ab Jll. *Steven* mecum com-
municatorum, filiformis. *Prim. Fl.*
Gal. P. I. p. 36.

V. floribus, pedunculatis, pedun-
culis foliis petiolatis, cordato-ova-
tis dentato-serratis, planis, plus du-
plo longioribus, laciniis calycinis
ovato-lanceolatis, capsula obcor-
data compressa mihi l. c.

Rarior ad viam publicam prope
stagnum pagi *Biała Krynica* C.
C. V.

26. *triphyllos.* V.

27. *verna.*

VIII. PINGUICULA.

28. *vulgaris.* In pratis ndis, prope
Szepetyń C. D. V.

IX. UTRICULARIA.

29. *vulgaris.*

X. LYCOPUS.

30. *europaeus.*

31. *exaltatus.* P.

XI. SALVIA.

32. *sylvestris.*

33. *pratensis.*

S. foliis cordato-oblongis cre-
nato-incisis, bracteis verticillis 6-

floris brevioribus, calycis labio su-
periori subintegro 1—3 aristato,
corollae galea labello longiore, tu-
bo dentes calycis superante, stylo
incluso. A.

Caulis 2—3 pedalis; folia cor-
dato-oblonga, acuta, inciso-du-
plicato-crenata; verticilli 6 flori;
bractee cordato-acuminatae aris-
tatae; calycis labium rarissime fis-
sum 1, 2, 5 aristatum; corollae ga-
lea magna arcuata, apice subbifido,
glanduloso-viscosa; stylus inclusus,
stigma autem exserens. *Vulgaris*
ubique. A.

34. *dunetorum.* A.

S. foliis cordato-oblongis, acutis
sinuato-dentatis, crenatis rugosis,
bracteis verticillos 6—9 floros ae-
quantibus, calycis labio superiori
bifido aristato, corollae galea re-
tensula bifida, labello aequali tu-
bo corollae calyce breviori, stylo
exserto, galea duplo longiori. *S.*
Pratensis var. flor. minor. *Catal.*
des plantes du Jard. bot. d. Krze-
mieniec 1811. n. 288.

Caulis 2—3 pedalis erectus, te-
tragonus hirsutus; rami pauci re-
moti. Folia cordato-oblonga, acuta
inaequaliter inciso-dentata cren-
ata, utrinque pilis firmis raris ob-
sita, caulina superiora breviora sub
auriculata, sessilia amplexicaulia.
Verticilli a 6 usque ad 10 flori, in-
ternodia 1—2 pollicaria. Bractee
late cordatae acuminatae aristatae
membranaceae virides venosae, in
verticillo florente calyces longitu-
dine aequantes. Flores parvi coerulei;
galea fere recta apice bifida com-
pressa (non viscosa) piloso-glandu-
losa labello aequalis, tubus brevis,
faux dentes calycis non superat.
Calyx floriferus, cylindricus, la-
bium superius bifidum biaristatum
uti et dentes labii inferioris. Col-
lor calycis viridescenti-violaceus;
fructiferus viridis amplus campu-
natus bracteis longior. Stylus
ad dimidium exsertus. Variat flor-
ibus roseis et albis. In pratis elat-
is Volhyniae et Podoliae. A.

35. *hypoanica.* A.

S. foliis radiceibus oblongis, cau-

linis inferioribus sub cordato-ovatis, omnibus subhirsutis obtusiusculis duplicato-crenatis, bracteis verticillos subaequantibus, calycis labio superiori integro mutico, corollae galea subarcuata integra labellum aequante; tubo corollae calyci aequali, stylo exserto. Caulis ascendens basi prostratus. Folia radicalia petiolata ovata, caulina inferiora cordato-ovata petiolata; superiora sessilia; omnia aequaliter inferiora duplicato, superiora simpliciter crenata. Rami paniculati. Verticilli 6-9 flori. Bractae praecedentes non aristatae, vix verticillos floriferos aequantes. Calyces floriferi praecedentes, sed constanter labio integro mutico. Corolla coerulea, galea parum arcuata, apice integra labello aequalis, fauce dentes calycis superante. Stylus ad $\frac{1}{4}$ exsertus. Ad Hispaniam et in Ucrainae nemorosis A.

36. *verticillata*

37. *glutinosa*.

38. *nutans*. Cat. pl. H. b. G. V. 1811 n. 2877.
pendula Prim fl. Gal. P. I. p. 41.

DIGYNIA.

XII. ANTHOXANTHUM.

39. *odoratum*.

CLASSIS III.

MONOGYNIA.

XIII. VALERIANA.

40. *dioica*. V.

Planta haec in nostris regionibus semper polygama. Flores sic dicti masculi instructi sunt germine fertili stylo parvo, et stigmati simplici. Specimen faemineum in horto a pluribus iam annis cultum evolvis modo stamina in tubo corollae haerentia et fructificat. Conservat tamen corollam minorem et corymbum densum.

41. *officinalis*.

α , foliolis linearibus integerrimis.

β , foliolis lanceolatis dentatis.

γ , foliis et ramis ternis.

42. *altissima*. Mikan.

Foliola oblique cordata, grosse dentata, latissima. Caulis 5-6 pedalis. Ad Hispaniam in sylvis. A.

XIV. FEDIA (Valerianella).

43. *dentata*. V. A.

44. *dasycarpa*, Stev. in *Mémoires de la Société des naturalistes de Moscou T. II. p. 178. F. comica* Loisel. P.

XV. POLYCNEMUM.

45. *arvense*.

XVI. GLADOLUS.

46. *tenuis*. MB. *Fl. Taur. Cauc. galiciensis*. Prim. Fl. Galic. P. I. p. 51.

neglectus. Schultes Observat. bot. in Linnaei Spec. pl. ex. edit. C. L. Willdenow. Oenipont. 1809.

G. Corolla subringente laciniis lateralibus superioribus patentibus, tribus inferioribus inaequalibus, duabus lateralibus exterioribus obtusissimis mucronatis brevioribus, spathis tubo longioribus, floribus secundis, foliis ensiformibus nervosis. Mili. l. c.

Etiamsi Vindebonae occasionem habui videndi iconem G. tenuis. L. B. Marschall a Bieberstein, atamen de identitate harum specierum plane dubitavi ob iconem desumptam ex specimine nimis gracili, ni fallor, tantum 3 floro: sed modo celeberrimus auctor ipse de hac re me certum fecit, quorum specimen huius plantae cum pluribus aliis sum communicatus.

XVII. IRIS.

47. *biflora*.

Nomen hoc omnino meretur ob repetitam versus Septembrim, etiamsi non adeo largam ac vere florescentiam. Est eadem cum planta caucasica testante Jll. Steven.

48. *hungarica* W. et K.

Proxima praecedenti.

49. *sibirica* V.

pratensis Lam.

50. *graminea*.

51. *Pseudacorus*.

XVIII. RHYNCHOSPORA Vahl.

52. *alba* A. V. U.

Schoenus albus.

XIX. SCIRPUS.

53. *palustris*.

54. *acicularis*.
 55. *lacustris*.
 56. *sylvaticus*. C. O.
 XX. ERIOPHORUM.
 57. *vaginatum*. A. Pol.
 58. *latifolium*.
 DIGYNIA.
 XXI. DIGITARIA. (Syntherisma Schrad).
 59. *vulgare*.
 60. *glabrum*.
 XXII. ALOPECURUS.
 61. *pratensis* prope Kolesniki C. O.
 62. *geniculatus*.
 XXIII. LEEREA.
 63. *Oryzoides*?
 Culmi erecti 5 pedales, panicula ampla, patente. Spiculae vero non videntur differre a planta vulgari. Prope molendinum in ipso pago Kolesniki. C. O. V.
 XXIV. PHALARIS.
 64. { *arundinacea* L.
 Arundo colorata W.
 XXV. PHEUM.
 65. *pratense*.
 66. { *Böhneri*, Schrad.
 Phalaris phleoides.
 XXVI. MILIUM.
 67. *effusum*.
 XXVII. AGROSTIS.
 68. *Spica venti*.
 69. *vulgaris*.
 70. *sylvatica* Host. V.
 71. *varia* Host. V.
 72. *stolonifera*.
 XXVIII. { CALAMAGROSTIS Roth.
 Arundo. W.
 73. *Epigeios*.
 74. *sylvatica*.
 XXIX. STIPA.
 75. *pennata*.
 76. *capillata*.
 XXX. ANDROPOGON.
 77. *Ischaemum* A.
 XXXI. PANICUM.
 78. *verticillatum*.
 79. *viride*.
 80. *glaucum*.
 81. *Crus galli*.
 et var. *aristata*.
 82. *capillare*. Inter segetes Pod. A.
 XXXII. ARRHENATHERUM, *Palisot de Beauv.*
83. (*avenaceum*.
Holcus avenaceus, Schrad.
 84. } *molle*.
 Holcus {
 lanatum.
 85. }
 XXXIII. KÖHLERIA.
 86. *cristata*.
 XXXIV. AIRA.
 87. *aquatica*, varians spiculis 1-2-3 floris.
 88. *caespitosa*.
 89. *canescens* Dr. Fr. A.
 XXXV. MELICA.
 90. *ciliata* P. U. A.
 91. *nutans*.
 XXXVI. MOLINIA, *Schrank*.
 92. *coerulea*.
 XXXVII. POA.
 93. *aquatica*.
 94. *fluitans* (Festuca L).
 95. *dura* P. A.
 96. *bulbosa* β vivipara Dr. Fr.
 97. *sudetica* V.
 98. *trivialis*.
 99. *pratensis*.
 100. *compressa*
 101. *Eragrostis* } ad Hypanim A.
 102. *pilosa* }
 Differt haec a P. pilosa e Caucaso magnitudine multo minori (tota planta vix 8 pollicaris) et glumis corollinis purpurascensibus.
 103. *nemoralis*.
 104. *fertilis* Host.
 P. fertilem Host. Cel. *Schraderus* pro eadem cum P. serotina habet; sed planta Hostii instructa est ligula oblonga, quae constanter brevis est in altera.
 105. *annua*.
 XXXVIII. BRIZA.
 106. *media*.
 XXXIX. DACTYLIS.
 { *glomerata*.
 107. } *Festuca* Sprengel in Pugillo II. plantarum minus cognitarum.
 XL. CYNOSURUS.
 108. *cristatus*.
 XLI. FESTUCA.
 109. *hirsuta* Host. V.
 110. *ovina*.
 111. *glauca*, Lam.
 112. *rubra*.

115. *elator*.
 114. *pratensis* V.
 115. *gigantea*.
 116. *serotina*, ad Hipaniam A.
 117. *gracilis*.
 118. *pinnata* V. A.
 XLII. BROMUS.
 119. *secalinus*.
 120. *squarrosus* MB. Pod. A.
 121. *mollis*.
 122. *arvensis*.
 123. *asper*, inter frutices prope Antonowicz C. D.
 124. *uermis*.
 125. *tectorum*.
 XLIII. ARUNDO.
 126. *Phragmites*.
 XLIV. AVENA.
 127. *pubescens*.
 128. *pratensis*? A. V.
 129. $\left\{ \begin{array}{l} \textit{semp-virens} \textit{ Host. ?} \\ \textit{pratensis} \textit{ ? Suppl III. ad} \\ \textit{Cat. pl. H. Crem.} \end{array} \right.$

Radix fibrosa perennis. Folia radicalia culmum saepe superantia, densam caespitem formantia linearia, complicato-setacea, carinata ad leuitem, marginibus scabris, apice pungentia: culmea inferiora radicalibus conformia vaginantia, vaginis $\frac{1}{2}$ foliis aequantibus, striatis, compressis, margine membranaceo in 2 denticulos albicantes stipulaeformis producto, superiora brevia marcescentia convoluta obtusiora, vaginis persistentibus longissimis strictis, laxis, ligula brevissima, laeua. Culmi pedales striati, scabriusculi. Panicula subaequalis pauciflora. Spiculae 2, 3, 4 florum, 6 lineas circiter longae. Glumae calycinae carinatae acutae, glabriusculae, flosculis breviores; corollinae exteriores 5nerves, scabriusculae, virides, apice membranaceo lacero albo; arista longitudinis glumae, scabra brunnea, medio flexa; interiores albae membranaceae, caeterum breviores, apice subbifidae. Rachis ad basin flosculorum villosa. Flosculi extimi neutri aut masculi aristati. Supra saxis monticulorum Kulikoviensium Cremeneci. B. In collibus apricis Padolae. A.

130. *fatua* P. A.
 XLV. HORDEUM.
 131. *secalinum*.
 XLVI. ELYMUS.
 132. *europaeus*. Pod. A.
 Seinel solum hanc peculiarem Elymi speciem legi in nemorosis monticulorum Kulikoviensium plantis pulchris et raris diuissimorum. Involucrum est 4 phyllum, spiculis ternis bifloris aristatis, spicula media pedicellata, lateralibus sessilibus aut geminis sessilibus, flosculo altero pedicellato.
 XLVII. TRITICUM.

133. *repens*.
 et spic. aristatis.
 134. *intermedium* Host.
 α glabrum in arenosis.
 β foliorum vaginis pilosiusculis Circa Luck. A.
 γ folia superna et vaginae inferiorum pilosiusculae. Spiculae mucronato-aristatae. Maior omni parte P. A.
 135. *cristatum* P. A.
 XLVIII. LOLIUM.
 136. *pereune*.
 137. *tenue* P. A.
 Corollae glumae acutiusculae mucronulatae.

138. *temulentum*.

TRIGYNIA.

XLIX. HOLOSTEUM.

139. *umbellatum*.

CLASSIS IV.

MONOGYNIA.

L. DIPSACUS.

140. *sylvestris*.
 α involucro ascendente capitulo longiori.
 β involucro patente, capitulo breviori, floribusque pallidioribus.
 Cum Veronica persica.

141. *laciniatus*. Rarior. Pod.
 142. *pilosus*.
 LI. CYPERUS.
 143. *fuscus*.
 144. *flavescens*.
 .II. SCAEIOSA.
 145. *Succisa*.

146. *inflexa*. Kluk Dykeyonarz
 roślenny T. III. Prim. Fl.
 Gal. P. II. p. 336. n. XXXI.
 Suppl. II. ad Cat. pl. II.
 Crem. p. 14. *Sc. australis*
 Wulf. C. O. V. JII. Col. Ra-
 tomski.
147. *campestris* A.
Sc. corollulis 4 fidis aequalibus,
 foliis hirsutis, radicalibus obova-
 tis integris pinnatifidisque, cauli-
 nis obovato-lanceolatis incis, su-
 perioribus lanceolatis acutis den-
 tatis, caule hispido A.
Sc. arvensis sine radio, Cat. des
 pl. du Jardin b. de Krzem. 1811. n.
 2933.
 Differt a *Sc. arvensi* corollulis
 constanter aequalibus nec cultu-
 ra mutatis. Stellula seminum oc-
 toradiata. A.
148. *arvensis*.
 149. *ochroleuca*.
 150. *uralensis* } ad Tyrain. P. A.
 151. *cretacea* } (*ucranica* Stev.
 in P. Ucr.)
- LIII. ASPERULA.
 152. *odorata*.
 153. *tinctoria*.
 154. *galioides* MB. Exclus. Sy-
 non. *Jacquini*.
A. galioides MB. secundum spe-
 cimina ex seminibus tauricis ab JII.
Steven mecum communicatis cul-
 ta, non est *G. glaucum* *Jacq.* sed
Linnaei, si licet supponere Lin-
 naeum praeteriisse silentio corollam
 infundibuliformi campanulata-
 tam. Caeterum congruit cum plan-
 ta huius nominis (nempe *G. glauci*)
 Horti Landish. et cum descrip-
 tione a *Linnaeo* in *Mantissa* p. 530.
 data. Icon Florae danicae videtur nec
 ad unam nec ad alteram plantam
 spectare. De identitate harum du-
 bitavere quoque *Eschenbach* in *Diss.*
Phys. Observation. botan. spec.
contin. et Cel. Lachenal. Differt
 vero a *G. glauco* *Jacquini* caulibus
 diffusis tenerioribus, floriferis as-
 cendentibus, foliis plerumque 5-6
 rariis 7-8, dimidio angustiori-
 bus et longioribus, superne magis
 viridibus, (quae utrinque glauca
 in altera), floribus rarioribus,
- serioribus et corollae laciniis parvo
 mucrone inflexo instructis. *Suppl.*
 III. ad *Cat. H. Crem.* p. 4.
 In campis Podoliae. A.
155. { *glaucum* mihi *Suppl.* III.
 { *Galium glaucum* *Jacq.*
 { *humifusa* mihi *Cat. des pl.*
 { du *Jard. bot. de Krzem.*
 { 1811. n. 332. *Pod. A.*
 { *Galium humifusum* MB.
 Conf. *Suppl.* III. ad *Cat. pl. H. Cr.*
157. *cynanchica*.
 158. *Aparine* MB. et *Prim. Fl.*
Gal.
- LIV. GALIUM.
 159. *palustre*.
 160. *verum*.
 { α . floribus pallidioribus V.
 { β . caule magis tomentoso P. A.
 { γ . verum podolicum *Suppl.* IV.
 161. *Mollugo*.
 162. *sylvaticum* V.
 Flores non penduli
 163. *uliginosum*.
 164. *boreale*.
 165. *infestum* Kit.
 166. *Aparine*.
- LV. VAILLANTIA.
 167. *cruciata* ad margines dume-
 torum riparum Tyrain.
 168. *glabra*.
- LVI. MAIANTHEMUM.
 169. *Convallaria*.
- LVII. PLANTAGO.
 170. *maior*.
 171. *media*.
 172. *lanceolata*.
- LVIII. PSYLLIUM.
 173. *arenarium*?
caules diffusi V.
- LIX. SANGUISORBA.
 174. *officinalis*.
- LX. CORNUS.
 175. *mascula* Pod.
 Arbuscula praecipue ad Tyrain
 ripas frequentissima, ex cuius fruc-
 tibus cum melle potum spirituosum
Dereniak parant.
 176. *sanguinea*.
- LXI. ALCHEMILLA.
 177. *vulgaris*.
- DIGYNIA.
- LXII. CUSCUTA.
 178. *vulgaris*.

TETRAGYNI.

LXIII. POTAMOGETON.

179. *natans*.
 180. *lucens*.
 181. *perfoliatum*.
 182. *crispum*.
 183. *marinum*.

LXIV. SAGINA.

184. *procumbens*.

CLASSIS V.

MONOGYNIA.

LXVI. MYOSOTIS.

185. *montana*, (seminibus laevibus) calycibus quinquefidis, hamoso-hispidis, corollae tubum aequantibus, laciniis inaequalibus, lanceolatis acutis trinerviis, caulibus erectis, foliis oblongo-lanceolatis obtusiusculis, radice perenni. Prim. Fl. Gal. P. I. p. 190. M. sylvatica Ehrh? In apricis elatis.

186. { *palustris* Roth.
 { *scorpioides* W.

187. *arvensis*.

- { *sepium* mihi in *Cat. pl. H. Cracov. 1808*.
 188. { *sparsiflora* Mikan. inu. in *Hoppe. bot. Taschenb. 1807. p. 74*.

M. (seminibus laevibus) calycibus 5 fidis subhamoso hispidis, tubum corollae superantibus, laciniis subaequalibus, racemis paucifloris laxis, pedunculis floriferis deflexis, caulibus diffusis ramosis, foliis obovato-lanceolatis, radice annua. Prim. Fl. Galic. P. I. p. 143.

189. *Lappula*.

190. *squarrosa* ad Tyrain A.

191. *marginata* MB. Pod. A.

LXVII. LITHOSPERMUM.

192. *officinale*.

193. *arvense*.

194. *purpureo-coeruleum* ad Tyrain.

LXVIII. ANCHUSA.

195. { *Barrelieri* Allion. (Buglossum)
 { *Myosotis obtusa* Kit.

- 196 *arvensis* (*Lycopsis* L)

- 197 *officinalis*.

198. *procera* mihi e Pod. A.

A. foliis lanceolatis basi attenuatis strigosis, spicis secundis imbricatis, calycibus quinquefidis tubo corollae longioribus, fructiferis subovatis, bracteis ovatis, caulibus erectis. A Spec. Suppl. III. ad Cat. H. Crem.

Radix, testante C. Dr. *Jos. Kosinski* Medico circuli Zaleszczykieniense, qui eam colit in suo hortulo, est biennis. Caules erecti 2-3 pedales subangulati uti tota planta excepta corolla hispido-strigosi, setis 1-2 linearum patentissimis. Folia lanceolata acuta: radicalia 14 pollicaria, 1. pol. lata in petiolum alatum lente attenuata; caulina sessilia basi attenuata, suprema tantum basi subovata, adnectuntur cauli. Inflorescentia est panicula e spicis geminatis laxis. Bracteae ovatae, aut ovato-lanceolatae acutae. Calycium ad $\frac{1}{4}$ fissorum laciniarum acutae in fructiferis inflatis plus minusve patentes. Corolla azurea aut violaceo-coerulea parva (vix magnitudinis corollae *A. undulatae*), ambi lobi ovati obtusi, fornices albi. Stylus vix basin antherarum attingit. Semina uti in *A. officinali*.

Media fere est inter *A. officinalem* angustifoliam, et *undulatum*, *A. angustifolia* quam et ex horto Vindebon. et ex Ucraina benevolentia III. L. B. M. Bieberstein possideo, differt radice perenni, habitu graciliori, bracteis lanceolatis obtusis, incanescencia calycum, illorumque laciniis obtusis subbarbatis, ac floribus maioribus azureis. *A. officinalis* secundum Linnæi et Willdenowii descriptiones differt, radice perenni caulibus ascendentibus (dum caulis unicus, quandoque erectus est) plerumque humidioribus, foliis latioribus obtusioribus, superioribus ovatis, calycibus ultra medium fissis, fructiferis duplo maioribus, campanulatis, stylo stamina subaequante. *A. ochroleuca* var. *coerulescens*; differt strigositate breviori et praecipue calycis laciniis brevibus obtusis.

199. *Anchusa ochroleuca* MB. P. A.
200. *pulla* (Lycopsis).

LXIX. CYNOGLOSSUM.

201. *officinale*.

β *bicolor*.

202. *scorpioides*.

LXX. PULMONARIA.

203. *angustifolia*.

204. *officinalis*.

205. *azarea*, foliis strigoso-hirsutis, radicalibus elongato-lanceolatis, acuminatis, in petiolos attenuatis, caulinis subdecurrentibus, corollae limbo campanulatis. *Prim. fl. Galic. P. angustata* Schrad. in lit. *P. angustifolia* MB. *Fl. taur. cauc. P. tertia austriaca* Clus. *Hist. CLXIX.*

Dum descriptio in *Prim. fl. Galic.* a me data ab unico tantum specimine desumpta, in pluribus partibus est manca; hinc emendatam observatione multoties repetita huius pulchrae plantae vernalis adiungo.

Radix perennis, fibrosa, fibris crassis, fuscis, intus albis, oblique descendentibus. Folia radicalia post inflorescentiam demum se involventia, oblongo-lanceolata, acuminata, in petiolum marginatum attenuata, integerrima, plana, undique hirta, subtus tamen magis, pilis brevibus, glandulis insidentibus, subtus reflexis, dodrantalia 1-2 pollices lata. Caulis longitudine circiter foliorum radicalium, erectus, tereti angulosus, pilis reflexis hirtus, foliosus, foliis inferioribus oblongo-superioribus lineari-lanceolatis, basi semiamplexicauli attenuatis, parum decurrentibus. Variant vero prouti latitudine ita et basi: quo latiora, basis eo magis rotundata et minus decurrentia; quo angustiora, eo evidentius decurrentia; nunquam tamen ultra semipollicem decurrunt. Inflorescentia corymboso-racemosa, terminalis, racemis, more gentis, geminatis, spiraliter convolutis, laxis, pedunculis floriferis erectis, calyce dimidio brevioribus, fructiferis, nutantibus, calycem subaequantibus, bractea lineari lau-

ceolata, acuta, hispida. Perianthium semiquinquefidum, campanulatum, laciniis subaequalibus, acutis, basi carinatis; unde calyx prismatico-pentagonus; hirtum, hinc inde punctis obscuris adpersum. Corollae tubus cylindricus, basi subtetragonus, medio angustior, calyce quidquam brevior, albus, superne parum rubescens, limbus campanulatus, quinquelobus, lobis rotundatis patentibus, tubo longior, elegantissime azureus, ante anthesin more generis, purpurascens.

Faux pervia, licet 5 squamulis parvis, rufescentibus ciliatis, ciliis pallidis obsessa. Staminum filamenta mox brevissima, in medio tubi affixa; mox longitudinis fere antherarum, alternatim cum squamulis, in ipsa fauce inserta. Antherae oblongae erecto-conniventes, fusco-purpureae, polline sulphureo, modo in tubo haerentes, modo exsertae. Stylus filiformis, calycis longitudine, albus. Stigma obtusum emarginatum. Semina in fundo calycis persistentis magis inflati affixa, similia iis *P. angustifoliae* sed minor. Quinta pars floris totius saepius de est.

Folia caulina mollitie saepius accedunt ad *P. angustifoliae*, cuius nomen magis meretur quam planta ab auctoribus florae Germanicae sic vocata, sed constanter diversa forma et hirsutie foliorum radicalium; caulinis lineari-acuminatis, corollae limbo longiore et colore florum. Cum *P. officinali* floret sed diutius. Frequens in Pinetis. Ab apibus valdopere frequentata V. U.

LXXI. SYMPHYTUM.

206. *officinale*.

207. *tuberosum*, V.

LXXII. ONOSMA.

208. *echioides* Kamieniec Pod. Dr. Fr. A.

LXXIII. CERINTHE.

209. *minor*.

LXXIV. ASPERUGO.

210. *procumbens*.

LXXV. ECHIMUM.

211. *rubrum*.
 212. *vulgare*.
 LXXVI. ANDROSACE.
 213. *septentrionalis*. P. A.
 214. *elongata* P. A.
 LXXVII. PRIMULA.
 215. *veris*.
 216. *elatio* ?
 LXXVIII. MENYANTHES.
 217. *trifoliata*.
 LXXIX. HOTTONIA.
 218. *palustris* III. Boreyko et A.
 in Polesie.
 LXXX. LYSIMACHIA.
 219. *vulgaris*.
 220. *thyrsiflora*.
 221. *Nummularia*.
 LXXXI. ANAGALLIS.
 222. *phoenicea*.
 LXXXII. CONVULVULUS.
 223. *arvensis*.
 224. *sepium*.
 LXXXIII. POLEMONIUM.
 225. *coeruleum*.
 LXXXIV. JASTONE.
 226. *montana*.
 LXXXV. CAMPANULA.
 227. *rotundifolia*.
 228. *patula*.
 229. *persicifolia*.
 β foliis margine et subtus
 hirsutis, in apricis.
 230. *litifolia*.
 231. *rapunculoides*.
 α floribus multo maioribus
 pallidioribus.
 232. *bononiensis*
 α floribus albis. Pod. A.
 233. *Trachelium*.
 234. *latifolia*. Crem.
 235. *glomerata*.
 β foliis radicalibus oblongo
 lanceolatis, petiolatis, superioribus
 ovato-lanceolatis V. et P.
 γ foliis omnibus lanceo-
 latis, superioribus subdecurrenti-
 bus. V. A.
 236. *farinosa* A.
 C. caule subsimplici angulato
 pubescente, foliis cordato-oblon-
 gis crenatis, subtus incano tomen-
 tosis; inferioribus petiolatis, supe-
 rioribus amplexicaulibus subcris-
 patis, floribus glomeratis, calyci-
 bus pubescentibus. A. C. Spec.

Suppl. III. ad Cat. pl. H. Crem.
 p. 6. C. *glomerata* β *farinosa* Ro-
 chel Fasc. pl. exsic.

Caulis 2-5 pedalis, erectus, plus
 minusve pubescens, angulatus, in
 cultis ramosus, in spontaneis sim-
 plicissimus. Folia radicalia longe
 petiolata, cordato-oblonga, cauli-
 na inferiora brevius petiolata, su-
 periora amplexicaulia, difformiter
 crispata, omnia crenata, subtus
 incano-tomentosa, (In iuniori plan-
 ta vix differunt a foliis C. *bono-
 niensis*). Flores terminales, axil-
 laresque glomerati, involucrati, fo-
 lio late cordato. Calyces et ger-
 mina incana, ad lentem hirsuta.
 Corolla forma et colore C. *glome-
 ratae*. Ad margines sylvarum P.
 et V. Floret cum precedente A.

Proxima omnino C. *glomeratae*
 a qua tamen habitu prociore et
 incanescentia paginae inferioris fo-
 liorum, nec cultura mutanda, vi-
 detur, specificè differre. Testante
 Clar. Fischeri Gorikense, magnam
 habet ad C. *aggregatam* Willd.
 Suppl. En. pl. et C. *Lychnitidem*
 Horuem. affinitatem, quibuscum
 eam nondum mihi licuit comparare.

237. *Cervicaria*.

238. *sibirica*.

LXXXVI. PHYTEUMA.

239. *orbiculare*.

240. *spicatum*.

241. *canescens* P. A.

Var. *glabrinscula*, duabus sep-
 timanis plerumque serius florens.
 Anne salignum W. et K? Conf.
 Prim. Fl. Galic. T. I. p. 368. A.

LXXXVII. VIOLA.

242. *hirta*.

243. *collina*, stolonibus nullis,
 subhirsuta, foliis cordatis, calyci-
 bus obtusis, floribus odoratis. No-
 bis. Planta parva, flores pallidi li-
 lacuni. Aprili florens in collibus
 nonnullis Crementis, ubi eam an-
 no elapso legit A.

Affinis V. *campestri*, a qua for-
 ma foliorum, hirsutie (illius folia
 pubescentia) et colore florum prae-
 primis diversa. Non est varietas
 hirsuta, V. *odoratae*, ob defectum
 stolonum, aliaque. A. V. *hirta* for-

- ma foliorum (illius folia cordato-ovata) odore et colore florum diversa.
244. *odorata*.
245. *mirabilis*.
var. floribus caulinis coloratis.
246. { *glauca* MB. *Suppl. ined.*
 et Cat. H. Gorink.
 V. arenaria Decand?
 Spec. Suppl. III.
247. *canina*.
β? *podolica* *Suppl. IV.*
Differt a *V. canina* vulgari calycis phyllis 3 nervibus appendicibus brevissimis obtusis, duobus lateralibus vix ullis, capsula minori foliis magis cordato-ovatis acutioribus, petalis magis cuneatis cum calcari purpurascenti-pallide violaceis. Saepius bis floret. l. c.
248. *lancifolia* *Dec.*
249. *persicifolia* *P. Dr. Fr.*
250. *montana* *V.*
251. *tricolor*.
β flore lutescente *V. lutea* *Prim. Fl. Galic.*
252. *arvensis*.
- LXXXVIII. IMPATIENS.
253. *nolitangere*.
- LXXXIX. AZALEA.
254. *pontica* in Polesie copiosa.
- XC. XYLOSTEUM.
255. { *dunetorum* *Pers.*
 Lonicera Xylosteum *L. sat*
 rara.
- XCI. VERBASCUM.
256. *Thapsus*.
257. { *cuspidatum* *Schrad.*
 Thapsus *Var. Prim. Fl. Galic. T. I. p. 178.*
258. { *nemorosum* *Schrad.*
 phlomooides. Prim. Fl. Gal. T. I. p. 178. et Cat. H. Cren.
259. *Lychnitis. Prim. flor. Gall. an L?*
260. *nigrum*.
261. *orientale* *A. rarins*.
262. *phoeniceum*.
263. *Blattaria* in *C. Ostr. Ill. Ratomski*.
- XCII. DATURA.
264. *Stramonium*.
- XCIII. HYOSCYAMUS.
265. *niger*.
266. *pallidus. K. P. A.*
267. *Scopolia*.
XCIV. PHYSALIS.
268. *Alkekengi*.
XCV. SOLANUM.
269. *Dulcamara*.
270. *nigrum*.
 (miniatum W. En.
271. *(judaicum Prim. Flor. Gal. T. I. p. 183.*
 ubi corrigendum: baccae flavae nec nigrae.
- XCVI. RHAMNUS.
272. *catharticus*.
273. *Frangula*.
XCVII. EVONYMUS.
274. *vulgaris*.
275. *verrucosus*.
XCVIII. RIBES.
276. *rubrum*.
277. *nigrum*.
278. *Uva-crispa*, quasi sponte.
- XCIX. HEDERA.
279. *Helix* *rarior* *V.*
Fructificantem nondum vidi.
- C. THESIUM.
280. *linophyllum* *V. Polesie A.*
281. *intermedium* *Schrad.*
282. *ebracteatum*.
- CI. VINCA.
283. *minor*.
284. *herbacea* *V. et P. A.*
- CII. VINCETOXICUM MOENCH.
285. *(vulgare.*
 Asclepias Vincetoxicum L.
- CIII. ASCLEPIAS.
286. *syriaca* quasi sponte circa Kotodno *C. Cr.*
- CIV. ERYTHRAEA.
287. *Centaurium*.
288. *ramosissima*.
- D I G Y N I A.
- CV. SWERTIA.
289. *perennis*.
- CVI. GENTIANA.
290. *Pneumonanthe*.
291. *cruciata*.
292. *lancifolia*.
293. *pratensis* *V. Ucr.*
294. *ciliata* *P. A.*
- CVII. HERNIARIA.
295. *glabra*.

296. (*incana* Lam?
(*hirsuta* MB. *Fl. Taurico-Caucas.*
Perennis, imo suffrutescens hinc
H. hirsuta esse non potest. Conf.
Suppl. III. ad Cat. H. Crem. Pod.
CVIII. ATRIPLEX.
297. *hortensis.*
298. *nitens* Ucr. *A.*
(*rosea.*
299. (*laciniata* MB.
300. *angustifolia* W.
301. *patula.* *Prim. Fl. Gal.*
CIX. CHENOPODIUM.
302. *Bonus Henricus*
(*urbicum aut.*
303. (*chrysomelanospermum*
Balb.
304. *hybridum.*
305. *rubrum.*
306. *glaucum.*
307. *album.*
308. *ficifolium.*
309. *Botrys.*
310. *foetidum* Ucr. *A.*
an solum quasi sponte?
311. *polyspermum.*
CX. KOCHIA.
312. *Scoparia* P. in Volhyn. rari-
rior. *A.*
313. *arenaria* in C. Ostr.
CXI. SALSOLA.
314. *prostrata* P. *A.*
CXII. ULMUS.
315. *campestris.*
316. *suberosa* In Volhynia vix ar-
borescens; In Podolia vero arbores
format excelsas
317. *effusa* Ucr. *A.*
CXIII. ERYNGIUM.
318. *campestre.*
319. *planum*, ad vias frequentis-
simum.
CXIV. SANICULA.
320. *europaea.*
CXV. ASTRANTIA.
321. *maior.*
CXVI. BUPLEURUM.
322. *rotundifolium.*
CXVII. ISOPHYLLUM HOFFM.
223. (*falcatum* L.
Bupleurum.
CXVIII CAUCALIS.
324. *daucoides* In arvis Crem.
CXIX. TORILIS GAERTN.
225. *arvensis* P. *A.*
CXX. DAUCUS.
326. *Carota.*
CXXI. CONIUM.
327. *maculatum.*
CXXII. THYSELINUM HOFFM. (*Selinum* L.)
328. *palustre.*
329. *Sch. wrekii*, caule striato,
radiis umbellae hispidis, foliis
dilatatis triangulis, foliolis pinna-
tifidis, laciniis parallelis linearibus
obtusis, petiollis inferiorum ad an-
gulos scabriusculis. *Prim. Fl. Gal-
lic. T. I. p. 203.* (sub *Selino*) In-
prætis humidis V.
CXXIII. OREOSELINUM HOFFM.
(*Selinum* L.)
330. *podolicum*, caule sulcato-
angulato. involuero nullo, foliorum
pinnis pinnatifidis, laciniis incis-
integrisque linearibus. ad petiolum
decussatis, vaginis elongatis laxis.
Prim. Fl. Gal. T. 2. p. 392. Rad.
perennis P. *A.* Proxima omnino
S. Chabraei Jacq. quocum magis
quo ad descriptionem et iconem
quam cum specimenibus austriacis
exsiccatis convenit.
CXXIV. SELINUM.
331. *Carvisfolia.*
generis adhuc dubii.
332. *Oreoselinum.*
333. *Cervaria.*
CXXV. ATHAMANTA.
324. *Libanotis.*
CXXVI. PEUCEDANUM.
335. *officinale.*
336. *alsaticum.*
Foliorum lacinae angustio-
res quam in planta austriaca
CXXVII. FERULA.
337. *nodiflora* P. Ucr.
CXXVIII. LASERPITIUM.
338. *latifolium.*
339. *prutenicum.*
CXXIX. SILER GAERTN.
340. *aquilegifolium* P. *A.*
CXXX. HERACLEUM.
341. (*flavescens.* *Prim.*
H. angustifolium Jacq.
342. *angustifolium* W?
343. *sibiricum* ? V. P.
CXXXI. SPHONDYLIIUM HOFFM.
342. *Branca ursi* P. *A.*

CXXXII. PLEUROSPERMUM.

345. *austricum*.CXXXIII. ANGELICA HOFFM. (*Imperatoria Prim. Fl. Gal.*)346. *sylvestris*.

347. *flavescens*, caule striato foliis ovato oblongis obtusis inaequaliter serratis, vaginis oblongis, seminibus ellipticis. *Prim. Fl. Galic. T. I. p. 213.*

348. *palustris*, caule sulcato, foliolis cordato-ovatis dentato-serratis (div. ricatis) venis subtus hispidis. *Prim. Fl. Galic. T. I. p. 214.*

Calyx manifestus, 5 dentatus hinc a reliquis separanda.

CXXXIV. DREPANOPHYLLUM

HOFFM. (*Sium L.*)349. *palustre*.(*S. latifolium*.)350. *agreste*.(*S. falcaria*.)

CXXXV. SIUM.

351. *angustifolium*.

CXXXVI. PHELLANDRIUM.

352. *aquaticum*.

CXXXVII. CICUTA.

353. *virosa*.

CXXXVIII. AETHUSA.

354. *Cynapium*.355. *elata* H. Gor. et Hoffm.

CXXXIX. CORIANDRUM.

356. *Sativum*.

CXL. ANTHRISCUS Pers.

357. *sylvestris* (*Chaerophyllum L.*)

Sub hoc titulo duas colo plantas sat distinctas.

358. *humilis*, praecocior semina fert breviora gibbosiora, a rostro ad medium subangulosa, involuella emarcida (3 exterioribus phyllis maioribus subciliatis, 2 interioribus minimis aut nullis floribus viridescens *A*) et foliola latiora; serraturis obtusioribus.

359. *procerus* 2-3 septimanis senior dat semina graciliora et longiora, involuella habet persistentia phyllis 5 aequalibus acutis margine villosis, flores albi *A*) foliolae angustiora, acute incisa. Caulis (in horto 4-5 pedalis) lactescit, quod in priori jam nimis deflorato non sunt expertus. Utraque Volhyniae et Podoliae sylvaticarum in-

cola. *Suppl. IV. ad Cat. pl. H. Crem. p. 3.*

359. (*sativus*, Rarior in pomariis. (*Scandix Cerefolium*.)

CXL I. CHAEROPHYLLUM.

360. *bulbosum*.361. *temulum*.362. *aromaticum*.

CXL II. ARCHANGELICA Hoffm.

363. (*sativa*.)(*Angelica Archangelica L.*)

CXL III. SESELI.

364. *annuum*.365. (*venosum Hoffm.*)

(*selinoides. Suppl. III. In sylvaticis prope Kolesniki C. O. V.*)

366. *Hippomarathrum* Dr. Fr. A. P.

CXL IV. PASTINACA.

367. *sativa*.

CXL V. MALABAILA Hoffm.

368. (*graveolens* MB. P. Dr. Fr.)(*Pastinaca*.)

CXL VI. CARUM.

369. *Carvi*.

CXL VII. PIMPINELLA.

370. *nigra*.371. *magna*.

372. *dioica. Prim. Fl. Galic. et Cat. H. Crem.*

CXL VIII. AEGOPODIUM.

373. *Podagaria*.

T R I G Y N I A.

CXL IX. VIBURNUM.

374. *Opulus*.375. *Lantana*.

CL. SAMBUCUS.

376. *Ebulus*.377. *nigra*.

CL I. STAPHYLEA.

378. *pinnata*.

CL II. RHUS.

379. *Cotinus* Pod.

T E T R A G Y N I A.

CL III. PARNASSIA.

380. *palustris*.

P E N T A G Y N I A.

CL IV. LINUM.

381. *usitatissimum*, quasi sponte

382. *narbonense*.385. *hirsutum* Ucr. Dr. Fr. A.384. *flavum*.385. *catharticum*.

CLV. DROSEREA.

386. *rotundifolia* V.387. *anglica* V.

POLYGYNIA.

CLVI. MYOSURUS.

388. *minimus*.

CLASSIS VI.

MONOGYNIA.

CLVII. GALANTHUS.

389. *nivalis*.

CLVIII. ALLIUM.

390. *volhynicum* (caulescens, planifolium, staminibus appendiculatis, capsuliferum) umbella globosa, staminibus alternis basi auriculatis corollâ vix duplo longioribus, foliis linearibus canaliculatis subcarnosis glaucescentibus. *Suppl. III. ad Cat. H. Crem. p. 2.*

Differt ab *A. lineari*, cui maxime affine, florescentia præcociori, umbella semper erecta, nec ante anthesin cernua, foliis canaliculatis, fere teretibus et staminibus tantum auriculatis, auriculis rotundatis. In saxosis apricis Cremeneci.

391. *sphaerocephalon*.392. *rotundum*.393. *arenarium*.394. *oleraceum*.395. *paniculatum* P. A.396. *vineale* V. A.397. *senescens*.398. *angulosum*.

Has duas species Redouté præeuntibus Hallero et scopolio coniungit. Fatetur tamen plantam Linnæanâ, cui descriptio et icon Gmelini pro typo videtur inservisse, non noscere *L. B. Marschal a Bieberstein* in literis suis putat, *A. angulosum* nostrum idem cum austrîaco) esse varietatem angustifoliam *All. senescentis*.

Comparavi illud cum specimenibus caucasicis et volgensibus *All.*

angulosi, in quibus stamina corollae laciniâ subaequantia, et pedunculi floribus triplo longiores, in nostro vero stamina corollâ multo longiora, et pedunculi flores vix longiores. Folia *All. senescentis* nostri nec cultura attingunt latitudinem talem, qualem folia iconis Gmelini exhibent.

399. { *albidum* H. Grink. Pod. A.
stellerianum? *Suppl. III.*
ad *Cat. H. Crem.*
angulosum MB.

400. *ursinum* V. A.

CLIX. LILIUM.

401. *martagon*.

CLX. FRITILLARIA.

402. *Meleagris*. P. Grabowski.

CLXI. ORNITHOGALUM.

403. (*sylvaticum* Pers.*luteum* Cat. H. Crem.

404. *Sternbergii*. Scapo laxo, simplicissimo filiformi, foliis filiformi linearibus, pedunculis ramosis glabris, petalis lineari lanceolatis, acuminatis. *Hoppe Bot. zeit. J. 1807. 4. I. St. 23. Bot. Taschenb. 1807. S. 85. Sturm: Deutschlands flora.*

O. minimum Cat. H. Crem. In pomariis et sylvaticis. Floret prima vere.

CLXII. SCILLA.

405. *bifolia*.

CLXIII. ANTHERICUM.

406. *Liliifolium* Ucr.407. *ramosum*.

CLXIV. ASPARAGUS.

408. *officinalis*.409. *sylvaticum* Kit. ad Hypanin A.

CLXV. CONVALLARIA.

410. *maialis*.

var. floribus basi roseis in sylvaticis prope Szepetyn C. D. V.

CLXVI. POLYGONATUM *Tournef.*411. *vulgare*.412. *latifolium*.413. *multiflorum*.

CLXVII. MUSCARI.

414. *racemosum* P. Ucr. A.415. *pallens* MB. (*Hyacinthus*).415. *comosum* P. Ucr. A.

CLXVIII. HEMEROCALLIS.

417. *fulva* V. A.
 CLXIX. ACORUS.
 418. *Calamus*.
 CLXX. JUNCUS.
 419. *glaucus*.
 420. *effusus*.
 421. *conglomeratus*.
 (*ascendens* Host.)
 422. (*aquaticus* W.
 β *utriculosa*
 423. *atratus*, culmo erecto-tereti, foliis subnodoso-articulatis, angulato-striatis, capitulis paniculatis, multifloris, foliolis calycinis acutis. *Prim. Fl. Gal. T. I. p. 241. Krocker Siles.*
 Nomen a colore florum. In uliginosis C. O. et *Wlod. V.*
 424. (*erectus* *Prim. Fl. Gal.*
sylvaticus W.)
 425. *bulbosus*.
 426. *bufonius*.
 CLXXI. LIZULA. *Desv.*
 427. (*vernalis*
pilosa W.)
 428. *campestris*.
 429. *erecta* Pers. (*Juncus*).
 430. *pallescens* *Wahlenb. V.*
 CLXXII. BERBERIS.
 431. *vulgaris*.
 CLXXIII. PEPLIS.
 432. *portula* V.
- T R I G Y N I A.
- CLXXIV. VERATRUM.
 433. *nigrum*.
 434. *album*.
 435. *Lobelianum*, racemo composito bracteis flores subaequantibus, petalis denticulatis patentibus, pedunculo longioribus. *Bernhardi in Tromsd. Journ. p. 206. V. album Gunner Fl. Norv. II. p. 1. t. I.*
 CLXXV. RUMEX.
 436. *confertus* W. *En.*
 437. *undulatus* H. *Par. P. A.*
 438. *Hydro-lapathum*.
 439. *aquaticus* V.
 440. *Nemolapathum* P. A.
 441. *crispus*.
 442. *palustris*.
 443. *obtusifolius*. *Prim. Fl. Gal.*
 444. *acetosa*.
 445. *acetosella*.

β foliis integris.
 γ foliorum auriculis basi unidentatis.
 δ foliis auriculis 3-5 fidis.

- CLXXVI. TRIGLOCHIN.
446. palustre.
 CLXXVII. TOFIELDIA. (*Hebelia*
Gmel. Fl. Bad.)
 447. *palustris*.
 A. *Gmelinus* loco citato, distinguit duas species; *collinam* spica racemosa, longe cylindrica, et *allemanicam* spica ovato-globosa. Dicit priorem crescere in collinis cretaceis et argillaceis, alteram in demissis turfosis. Nostra variat a spica $\frac{1}{2}$ pollicari, elliptica, usque ad 2 pollicarem cylindricam, floribus tunc rarioribus, et occurrit in uliginosis, collinis, humidis aut umbrosis. V.

P O L Y G Y N I A.

- CLXXVIII. ALISMA.
 448. *Plantago*.
 Var. foliis lanceolatis.

C L A S S I S VII.

M O N O G Y N I A.

- CLXXIX. TRIENTALIS.
 449. *europaea*.
 β flor. carnis V.

C L A S S I S VIII.

M O N O G Y N I A.

- CLXXX. OENOTHERA.
 450. *biennis*.
 CLXXXI. EPILOBIUM.
 451. *angustifolium* L.
 452. *hirsutum*.
 453. *pubescens*.
 β capsulis breviter pedunculatis strictis V.
 454. *montanum*.
 455. *tetragonum*.
 456. *palustre*.
 CLXXXII. OXYCOCCUS.
 457. *palustris*.
 CLXXXIII. VACCINIUM.
 458. *Myrtillus*.
 459. *uliginosum*.
 460. *Vitis idaea*.

CLXXXIV. CALLUNA *Salisb.* (*Erica*)

461. *vulgaris*.
 β *fol. magis elongatis*.

CLXXXV. DAPHNE.

462. *Mezereum*.
 465. *Cneorum* (*Dąbrowka*) V.
 In sylvis acerosis frequentissima.

CLXXXVI. STELLERA.

464. *pusserina* V. Ucr. A.

CLXXXVII. ACER.

465. *tataricum* P. Ucr.
 466. *Pseudoplatanus*?

Forina fructus nostri alia quam in speciminibus austriacis hinc: ul-
 teriori adhuc subijciendum est e-
 xanini. Nostri alae patentes rec-
 tae, Austriaci vero longiores, ar-
 cuatae, basi magis angustatae.

467. *platanoides*.
 468. *campestre*.

DIGYNIA.

CLXXXVIII. CHRYSOSPLENIUM.

469. *alternifolium*.

Nunquam adhuc hanc plantam
 decandram legi.

TRIGYNIA.

CLXXXIX. POLYGONUM.

470. *amphibium* et *aquaticum*.
 β *terrestre*.
 471. *lapathifolium*.
 472. *Persicaria*.
 475. *Hydropiper*.
 474. *minus*.
 475. *Bistorta*.
 476. *arenarium* Kit. A.
 477. *aviculare*.
 478. *Fagopyrum*, quasi sponte.
 478. *Convulvulus*.
 480. *dumetorum*.

TETRAGYNIA.

CXC. PARIS.

481. *quadrifolia*.
 variat et numero foliorum
 et partium floris.

CXCI. ADOXA.

482. *Moschatellina*.

CLASSIS IX.

TRIGYNIA.

CXCH. BUTOMUS.

485. *umbellatus*.

CLASSIS X.

MONOGYNIA.

CXCIII. DICTAMNUS.

484. *Fraxinella*.
 In Podoliae collinis apricis
 valde frequens A.

CXCIV. MONOTROPA.

485. *Hypopitys*.

CXCV. LEDUM.

486. *palustre* V.

CXCVI. ARBUTUS.

487. *Uva ursi* Dr. Fr. V. rara.

CXCVII. ANDROMEDA.

488. *polifolia* V. Pol. cum *Aza-
 lea pontica* A.

CXCVIII. PYROLA.

489. *rotundifolia*.
 490. *minor*.
 491. *secunda*.
 492. *umbellata*. Cremenci.

DIGYNIA.

CXCIX. SAXIFRAGA.

495. *Hirculus*.
 494. *granulata* V. *Grabowski*
 C. Wł.
 495. *tridactylites*.

CC. SCLERANTHUS.

496. *annuus*.
 497. *pereunis*.

CCI. GYPSOPHILA.

498. *paniculata* V.
 499. *muralis*.
 β floribus fere duplo maio-
 ribus Szepetyn C. D. V.

500. *fastigiata*. *Prim. Fl. Gal.*

T. I. p. 276. V. et auth. Flor.
 German. Est species intermedia in-
 ter *G. altissimam* sibiricam et *G.*
arenariam Kit.

501. *arenaria*. Kit.

CCII. SAPONARIA.

502. *officinalis*.
 Var. *antheris brunneis* V.
 503. *VACCARIA* P. Ucr. A.

CCIII. DIANTHUS.

504. *collinus* Kit.
 505. *carthusianorum*.
 506. *atrorubens* Jacq. P. A.
 507. *armeria*.
 508. *prolijer* P. A.
 509. *deltoides*.
 510. *superbus*.

511. *plumarius* V.
Var. *barba ad basin petalo-*
rum alba.

512. *serotinus* Kit. V.

T R I G Y N I A.

CCIV. CUCUBALUS.

513. *bacciferus.*

CCV. SILENE.

514. *gallica.*

515. *chlorantha.*

516. *longiflora* P. Dr. Fr.

517. *tatarica* Ucr. A.

518. *nutans.*

β *pet. roseis* V. A.

(*viscosa* P. A.

519. (*Cucubalus.*

520. *Otites.*

521. *inflata.*

β *petalis roseis, caule altiore.*

522. *dichotoma* P. A.

523. *notiflora.*

524. *Armeria.*

CCVI. STELLARIA.

525. *nemorum.*

526. *media.*

527. *holostea,*

528. *graminea.*

529. *palustris* A.

530. *uliginosa* V. A.

CCVII. ARENARIA.

531. *trinervia.*

532. *serpyllifolia.*

{ *graminifolia* Schrad. P.

533. { Ucr. A.

{ *filifolia* MB. var. *glabra.*

534. *het. romalla* Pers.

535. *rubra.*

P E N T A G Y N I A.

CCVIII. SEDUM.

536. *Telephium* maximum.

537. *Telephium* minus C. O. Jil.
Ratomski.

538. *Telephium* purpureum P. A.

539. *acre.*

CCIX. OXALIS.

540. *Acetosella.*

β *floribus roseis.*

CCX. GITHAGO Desf.

541. *segetum.*

CCXI. LYCHNIS.

542. *flos-cuculi* et fl. albis.

543. *Viscaria* et fl. carneis.

544. *sylvestris* et fl. carneis.

(*diurna* W. En. Sibth.

545. *vespertina* Sibth.

546. *chalconica* P. Ucr. Dr.

Fr. A.

CCXII. CERASTIUM.

547. *arvense.*

548. *vulgatum.*

549. *semidecandrum.*

550. *aquaticum.*

CCXIII. SPERGULA.

551. *arvensis.*

552. *pentandra.* Polesie A.

553. *nodosa.*

β *glandulosa.* Prim. Fl. Gal.

T.I. p.298. et T.II. p.359.

C L A S S I S XI.

M O N O G Y N I A.

CCXIV. ASARUM.

554. *europaeum.*

CCXV. PORTULACA.

555. *oleracea.*

CCXVI. LYTHRUM.

556. *Salicaria* et *latifolia.*

β *angustifolia.*

557. *virgatum* Pod. A.

CCXVII. EUPHORBIA.

558. *angulata.*

559. *tristis* MB. in lit. E. speci
Suppl. III.

E. umbella 5 fida 2 fida, involucri ovatis, involucriis reniformi triangulis, petalis lunatis, capsulis verrucosis, foliis obovato-lanceolatis, submarginatis (rigidiusculis) mucronatis A.

Radix albida, internodiis tuberosis, ut in *E. angulata*. Caulis simplex, gracilis, erectus, post florescentiam superne ex axillis omnibus ramosus, ramis sterilibus. Folia caulina obovato-lanceolata, imo cuneiformia, glabra, saepius emarginata, mucrone et marginibus reflexis, ramea lineari-lanceolata obtusa, iis *E. Esulae* adeo similia, ut absentibus caulinis sineque fructificationis partibus pro *E.* illam habueris. Involucri ovata, mucronata, umbellae radii 5 rarius 6. Involucella reniformia subtriangularia. Nectaria s. petala luteo-vi-

vidia, demum fascescentia. Capsulae verrucosae. In collinis ad Tyram *A.*

560. *Helioscopia.*

561. (*sylvatica* Jacq. *P. A.*
(*amygdaloides* W.

562. *villosa* Kit.
(*procera* MB.

563. *mollis*, umbella 5 fida, 3 fida, dichotoma, bifida, involucri foliisque ovati-lanceolatis villosis, petalis integris, capsulis (non verrucosis) longe pilosis. *Gmel. Fl. Bad. n. 712.*

Planta nostra in hoc tantum differt a descriptione Cl. *Gmelini*, quod involucria et involuella sint flava, quae viridia dicit.

Occurrit in herbidis.

564. *agraria* MB. In campis *P. Ucr. A.*

565. *salicifolia* *P. A.*

566. *platyphyllos.*

567. *glareosa* MB. *P. A.*

568. *Esula.* *P. A.*

569. *gerardiana.*

670. *Cyparissias.*

571. *pulustris* *V. A.*

D O D E C A G Y N I A.

CCXVIII. SEMPERVIVUM.

572. *tectorum.*

673. *globiferum?*

C L A S S I S XII.

CCXIX. AMYGDALUS.

574. *nana* *P. Ucr.*

CCXX. PRUNUS.

575. *Padus.*

576. *Cerasus?* Habitus et folia conveniunt, sed fructificatio nondum examinata.

577. *avium.*

578. *Chamaecerasus.*

579. *insitica.* quasi sponte.

580. *spinosa.*

P E N T A G Y N I A.

CCXXI. MESPILUS.

581. (*Cotoneaster.* Ant. Pod. *A.*
(*eriocarpu* Lam.

582. *monogyne* Lacq. (*Crataegus*)

CCXXII. PYRUS.

585. *Pyraeter.*

684. *Malus sylvestris.*

585: (*aucuparia.*

Sorbus.

586. *torminalis* *P. Ucr.*

CCXXIII. SPIRAEA.

587. *salicifolia* Polesie *A.*

588. *chamaedryfolia*, monticulos coronat Cremenecenses et affines.

589. *Aruncus.*

590. *Filipendula.*

591. *Ulmaria.*

P O L Y G Y N I A.

CCXXIV. ROSA.

592. *cinnamomea.*

583. *spinossima.*

594. *microcarpa*, calycis tubo globoso, pedunculis cauleque setoso aculeatis, aculeis subulatis, rectis sub deflexis, petiolis, foliolisque 7-9 ellipticis, serratis, glabris. *Suppl. IV. ad Cat. pl. II. Crem. p. 20.*

Frutex 1-5 pedalis, ramis patentibus, griseis. Flores solitarii albi sat magni. Fructus atri, magnitudine pisi maioris. Supra saxis Cremeneci, floret ad finem Maji.

Variat calycis tubo basi tantum setoso. Proxima *R. spinossimae*, *R. myriacanthae* *Decand.* et reversae *Kit.* a prima differt aculeis minoribus, petiolis inermibus, calycis tubo plus minusve setoso-aculeato et fructibus minimis: ab altera aculeis densioribus, foliolis utrinque levibus, (nec subtus glanduloso scabris) serraturis simplicibus, calycumque tubo plerumque ubique (nec solum basi) setoso-aculeato; ab ultima denique aculeis fortioribus, magis inaequalibus, foliolis subtus glabris, serraturis simplicibus, calycum tubo globoso aculeato-hispido (nec solum basi hispido aut penitus glabro, uti in culta vidi et floribus albis.

595. *frutetorum*, calycis tubo globoso, pedunculisque glabris, aequiciniis foliolisque ellipticis villosu-

lis, aculeis infra stipularibus reflexis compressis subternis. *Suppl. III. ad Cat. pl. H. Crem. p. 20.*

Frutex inter indigenas Rosas ferre maximus, 8 et ultra pedalis, folia cinerascenti-intense viridia, serraturis sub geminatis, eglandulosis Petioli calycem lacinae pinnatae, saepius setis rubris brevibus glandulosis sparsis instructae. Stipularum et bractearum serraturae minutae glandula terminatae. Flores subsolitarii breviter pedunculati. Petala emarginata, pulchre rubra, basi pallidiora. Fructus subglobosus, magnus ruber. Cremenei in frutetis P. A. A. R. solstitiali colore et forma foliorum, colore floribus et forma fructus distincta.

596. *villosa*. Polesie A.

597. *Andrzeivii*, foliolis duplicato serratis, ovatis, acutis, utriusque villosis, foliolis, cauleque, aculeis subulatis, rectis, (quam plurimis) pedunculis fructibusque globosis, aculeatis, calyce porrecto, creberrime glanduloso-muricato. *Stev. in literis. Suppl. III. ad Cat. pl. H. Crem. p. 19.* Flores carni magni. Fructus coccinei P. A.

598. *Dimorpha*, calycis tubo elliptico, pedunculisque setoso-aculeatis, laciniis glanduloso-hispidis, petiolis cauleque sparse aculeatis, aculeis subreflexis, rectiusculis, foliolis ellipticis acutis villosiusculis biserratis, fructibus globosis. *Suppl. III. ad Cat. pl. H. Crem. p. 19.* R. mollis *Swartz. Stev. in literis.*

Similis R. tomentosae nostrae, a qua differt foliorum serraturis plerumque eglandulosis, odori balsamici distincti, floribus minoribus, pallidissime carnis, fructuque globoso-maioze. Cremenei in dumetis.

599. *glaucescens*, calycis tubo globoso, pedunculis foliolisque ellipticis, acutiusculis biserratis, glabris, petiolis cauleque aculeatis, aculeis compressis, recurvatis. Mili

Frutex validus, foliolis plerumque 5, costâ extimi, maioris caeteris, plerumque subtus aculeata. Calycis lacinae pinnatae. Styli villosi. Flores ipsos nondum vidi E. P. A.

Proxima est sequenti, differt vero praecipuis foliolis magis ellipticis acutisque, subtus eglandulosis, petiolis nudis, qui rarius plus minusve glandulosi et pubescentes, et calycis tubo magis globoso.

600. *balsamica*, calycis tubo elliptico, pedunculisque glabris, petiolis pubescentibus, cauleque remote aculeatis, aculeis compressis recurvis, foliolis subrotundo ellipticis, biserratis, subtus glanduloso-scabris, fructu globoso. *Suppl. IV. ad Cat. pl. H. Crem. p. 18.*

Frutex mediae altitudinis, ramulis viridibus. Foliola odoris balsamici Malvae fragrantis, petiolorum pubi setae glanduliferae immixtae. Stipulae serratae, serraturis glanduloso-ciliatis Flores corymbosi aut solitarii, mediae magnitudinis carni, petalis emarginatis; laciniarum calycis pinnulae glanduloso-ciliatae. Styli villosi. Fructus globosi, Calycis laciniis reflexis. Variat 1° foliolis acutiusculis, 2° foliolis acutiusculis et 3° serraturis plus minusve glandulosis. Floret ad finem Maji ad ripas abruptas Tyras prope Zaleszczyki legi. P. A.

601. *tomentosa*. *Prim. Fl. Gal.* an sit vera R. tomentosa *Smithii* modo dubio, ob aculeos rectos, quos aduncos dicit.

602. *solstitialis* fructibus ovatis, pedunculisque glabris, aculeis stipularibus aduncis, foliolis ovatis, subtus tomentosis. *Prim. Fl. Gal. T. I. p. 324.* habitus R. caninae. Petala rosea emarginata. Proxima *R. collinae Jacq.* sub quo nomine quoque p. d. *Willdenovius* illam cum *Jl. LB. Marschall a Bieberstein* est communicatus. Differt vero glabritie pedunculorum, petiolis, serraturisque eglandulosis et folioli subtus tomentosus.

603. *caryophyllacea* calycis tubo ovato, pedunculisque glabris, calycem laciniis pinnatis, petiolis pubescentibus, foliolis ellipticis, subtus incanis et serraturis duplicatis, glanduloso-scabris, aculeis infra

stipularibus et petiolorum recurvis, basi compressis. *Suppl. IV. ad Cat. pl. H. Crem. p. 18.*

Frutex mediae altitudinis, cortice rubente, ramulis viridibus, aculeis infra stipularibus. Foliola 5-7 longitudine latitudinem $\frac{1}{2}$ superante, obtusa aut acuta ob glandulas subulatas aspera, odoris caryophyllorum.

Pedunculi breves 1-5. Flores parvi rosei, petalis emarginatis. Fructus elliptici aut obovati coccinei, calyce patente, demum deciduo. Differt a *R. rubiginosa* foliorum forma, incanescencia paginae inferioris foliolorum, odore et pedunculis glabris. E Frutetis elasticis Cremeneci *A.*

604 *uncinella*, calycis tubo elliptico, laciniis subbipinnatifidis pedunculisque glabris, caulibus aculeis fortibus, recurvis, foliis ellipticis, acutiusculis, biserratis, costa petiolisque pubescentibus. *Suppl. IV. ad Cat. H. Crem. p. 21.*

Rami ibermes; Calycum laciniarum pinnulae incisae. Flores explicatos nondum vidi: Differt a *R. canina* cui proxima, petiolis, aculeis magis aduncis, calycum laciniis maximis, caeterum virescente laeta foliorum et rubedine ramorum. Cum *R. balsamica* hanc legi.

605 *glandulosa*, calycis tubo elliptico, laciniis pedunculisque acutis, costisque foliorum, glanduloso-hispidis, foliis elliptico ovatis, biserratis subtus glaucescentibus, aculeis sub reflexis sparsis. *Suppl. III. ad Cat. pl. H. Crem. p. 20.*

Frutex 2-5 pedalis. Petioli saepe aculeo uno alterove instructi, flores sat magni carnei, petalis retusis; Fructus coccinei. In C. Luc. *V. A.*

606 *nitidula*, calycis tubo subgloboso glabro, pedunculis setosis, petiolis cauleque aculeatis, aculeis compressis, aduncis, foliis lucidis, ovato-ellipticis, acutis biserratis glabris. *Suppl. IV. ad Cat. pl. H. Crem. p. 20.*

Frutex robustus, aculeis copiosis, validis rubris armatus, ramis

lividis. Petioli glandulosi. Flores solitarii sat parvi carnei, petalis emarginatis. Fructus coccinei magni subrotundi sapidissimi. In duometis Cremen. affinis *R. collinae*, a qua differt glabritie et serraturis duplicatis.

607 *livescens*, calycis tubo elliptico gracili utrinque attenuato, basi laciniis, pedunculis, petiolisque glanduloso-hispidis, caule pruinoso, petiolisque remote aculeatis, aculeis subtretibus subrectis, foliis ellipticis, acutis, glabris, subtus glaucis biserratis. *Suppl. IV. ad Cat. pl. H. Crem. p. 19.*

Frutex humilis 1-2 pedalis, ramis lividis. Calycis lacinae plus minusve pinnatae. Flores solitarii mediae magnitudinis, rubri, petalis retusis. Stylus villosi. Cum *R. uncinella*. Variat 1^o serraturis praefortibus, recurvis, foliis ellipticis, acutiusculis, biserratis, costa petiolisque pubescentibus. *Suppl. IV. ad Cat. H. Crem. p. 21.*

Proxima videtur *R. pigmaeae* MB. differt vero secundum descriptionem *T. I. p. 397. n. 978.*

Differt a *R. canina* cui proxima, aculeis fere rectis, nunquam nec in caule, nec in ramis deficientibus; calycis tubo basi tantum hispido et flore minore; a specimine vero sicurco *R. pigmaeae* taurico, aculeis magis rectis reinotis, sine interiectis setis, foliis angustioribus, magis acutis, floribusque minoribus.

608 *humilis*, calycis tubo elliptico, basi attenuato, glabro, pedunculis, calycisque laciniis pinnatis glanduloso-hispidis, caule aculeato, aculeis raris, sub nocinatis, foliis ellipticis, inaequaliter serratis, subtus petiolisque pubescentibus. *Suppl. IV. ad Cat. pl. H. Crem. p. 19.* Cum praecedenti.

Ut ex nomine patet, frutex hic parvus est, vix pedalis. Aculei graeviles. Petioli glandulosi. Flores explicatos nondum vidi.

Variat 1^o numero aculeorum, 2^o petiolis uno alterove aculeo armatis, 3^o foliis basi attenuatis et 4^o plus minusve acutis, serraturis infimis glandulosis.

Affinis praepremis *R. floribunda* Stev. (in lit.) *R. pigmaea* MB. et *R. punilae*.

Differt vero prima; cuius specimen siccum possideo, a nostro habitu proceriore, aculeis fortibus compressis, densis, valde uacinatiss, foliis minoribus biserratis, subtus glandulosis, calycem laciniis brevioribus. *R. pigmaea* differt foliis rotundioribus, subtus glaucis biserratis, serraturis glandulosis, petiolis omnibus aculeatis; ultima deuique distinguenda caule dense aculeato-hispido, foliis magis ovatis, maioribus biserratis, serraturis glandulosis, pedunculis aculeatis, calycisque tubo maiori.

609. *canina*.

Varietas iam in Galicia a me observata, occurrit quoque in Podolia.

Foliolis subtus glaucis, adultis supra subnucidis, glabris; petiolis rubris aculeatis subpubescentibus; serraturis stipularum et laciniarum calycis glandulis purpureis terminatae; Calycem tubis magis ovatis et floribus roseis. *Prim. Fl.*

Gal. T. I. p. 325. R. canina β.

610. *terebinthinacea* calycis tubi elliptici basi attenuata, pedunculisque setoso-hispidis, petiolis pubescentibus, cauleque aculeatis, aculeis compressis rectis, foliis ellipticis, biserratis, supra pubescentibus, subtus subtomentosis. Mihi.

Frutex magnus, ramis rubentibus. Aculei rubri. Foliola magna, serraturis subglandulosis, liguum recens Pini sylvestris redolentia. Flores corymbosi, pedunculis ramosis, sat magni carnei, petalis emarginatis. Calycis lacinae emarginatae. Lecta cum aliis in ripis abruptis Tyraei prope Zaleszczyki.

Variat 1² calycis tubo integro setoso, 2² aculeis longioribus et brevioribus, rarioribus et densioribus.

Affinis *R. tomentosae* a qua differt magnitudine omnium partium maiori, odore foliorum terebinthinaceo, foliis latioribus obtusioribusque, et praepremis calycis tubi forma graciliori, utrinque magis attenuata, aculeisque rectis. Fructum huius nondum vidi.

611. *pumila*.

612. *pigmaea* MB., ad Hypanum A.

Rosa punila et *R. pigmaea*, MB. T. I. p. 397. sunt species simili proxime. Forma tubi calycis et fructus sola fere has species constanter distinguit. Reliquae differentiae ambigunt.

R. punila calycis tubo obovato, variat 1² aculeis et setis densioribus, et rarioribus et caule ramisque subnervibus. 2² foliis ovatis, acutis, minoribus et angustioribus. 3² Calycis tubo nudo.

Observat. In specimine taurico, caulis fere inermis, serraturae simplices, obtusae. Petioli pubescentes. Calycis tubus glaber, basi tantum setosus. Haec proxima *R. humili* meae, aqua tamen forma foliorum, serraturis et glaucescentia paginae inferioris folioli sufficienter differt.

R. pigmaea, calycis tubo elliptico utrinque attenuato variat.

1² petiolis aculeatis. 2² foliis latioribus et obtusioribus. 3² Calycis tubo glabro.

CCXXV. RUEUS.

613. *Idaeus*.

614. *caesius*.

615. *saxatilis*.

Possideo adhuc alium, quem *R. lithuanicus* ab illo videtur diversus, foliola enim sunt utrinque videntia, nec albo-tomentosa, uti in austriaco.

CCXXVI. FRAGARIA,

616. *vesca*.

(*collina*.)

617. (*F. vescae* var. *Prim. Fl.*

Gal. T. I. p. 327.

β fructu maiori P. A.

CCXXVII. POTENTILLA.

618. *Anserina*.

619. *supina*.

620. *recta* Jacq.

? β (Floribus inaequalibus pallidis. (*P. recta* W. et Halleri.

621. (*canescens*. Prim. Fl. Gal.
intermedia Kit. et W.
622. *argentea*.
623. *opaca*.
624. *verna*.
625. *alba*.
626. *reptans*.
CCXXVIII. TORMENTILLA.
627. *erecta*.
CCXXIX. GEUM.
628. *urbanum*.
629. *intermedium*.
630. *rivale*.
CCXXX. COMARUM.
631. *palustre*.

CLASSIS XIII.

MONOGYNIA.

- CCXXXI. ACTAEA
632. *spicata*.
CCXXXII. CHELIDONIUM.
633. *maius*.
CCXXXIII. GLAUCIUM.
634. *corniculatum*.
CCXXXIV. PAPAVER.
635. *Argemone* V.
636. *dubium*.
637. *Rhoeas*.
CCXXXV. NYMPHAEA.
638. *lutea*.
CCXXXVI. CASTALIA *Salisb.*
639. (*speciosa*.
Nymphaea *alba*.
CCXXXVII. TILIA.
640. *platiphylla* Scop.
641. *microphylla* W. En.
CCXXXVIII. HELIANTHEMUM.
642. *vulgare*.
643. *marifolium*. Cremenec.

TRIGYNIA.

- CCXXXIX. DELPHINIUM.
644. *Consolida*.
645. *Atacis* P. A.
CCXL. ACONITUM.
646. *Cammarum*? V.
647. *septentrionale* V.
648. *Lycotomum*.
649. *Anthora*. Pod. Ucr. A.

TETRAGYNIA.

- CCXLI. CIMICIFUGA.
650. *foetida*.

PENTAGYNIA.

- CCXLII. AQUILEGIA.
651. *vulgaris*.
CCXLIII. NIGELLA.
652. *arvensis*.
CCXLIV. HYPERICUM.
653. *dubium*.
654. *perforatum*.
655. *elegans*.
656. *hirsutum*.
657. *montanum*.

POLYGYNIA.

- CCXLV. HEPATICA.
658. *triloba*.
CCXLVI. PULSATILLA.
659. *patens*.
660. *vulgaris*.
CCXLVII. ANEMONE.
661. *narcissiflora*.
662. *sylvestris*.
 β *minor*.
663. *non-morosa*.
664. *ranunculoidea*.
CCXLVIII. CLEMATIS.
665. *erecta*.
666. *integrifolia* P. A.
CCXLIX. THALICTRUM.
667. *simplex* V.
668. *angustifolium*.
669. *nigricans*.
670. *flavum*.
671. *aquilegifolium*.
CCL. ADONIS.
672. *miniata*.
673. *vernalis*.
CCLI. FICARIA.
674. *ranunculoidea*.
CCLII. RANUNCULUS.
675. *Flammula*.
676. *cossubicus*.
677. *auricomus*.
678. *sceleratus*.
679. *bulbosus*.
680. *Philanotis*.
681. *repens*.
682. *polyanthemos*.
683. *Siveni* A.
R. calycibus hirsutis, patulis,
pedunculis teretibus, foliis 5-5 par-
titis, laciniis cuneatis trifidis in-
ciso-dentatis, summis linearibus,
stigmatibus patentibus, radice bul-

bicipite. *Suppl. III. ad Cat. pl. H. Crem.*

Radix subrepens, hybernaculis bulbosis, e quibus oriuntur caules 2 pedales, teretes, pilis raris adpressis obsiti; basi simplices, a medio ramosi, folio uno alterove instructi. Folia radicalia orbiculato-cordata, 3 partita, 5 loba lobis subtrifidis, cuneatis, inciso-dentatis, longe petiolata; caulina inferiora radicalibus similia; superiora palmata breviter petiolata, summa subsessilia, laciniata, laciniis 3-5 dentatis, lineari lanceolatis subcuneatis: omnia hirsuta subtus pilosa. Petioli basi vaginantes, vaginae submembranaceae, margine piloso-ciliatae. Flores laxe paniculati. Pedunculi teretes, subsericeo-pilosi. Calyces patentes hirsuti, foliolis ovatis concavis, mar-

gine membranaceo, carina (obtusissima) sericeo-villosa, ad apicem lineam purpurascenti notata. Petala obtusissima integerrima, aurea, basi viridescencia. Fructus globosi, semina compressa; stylo uncinato-cornata. Differt a *R. acris* foliis nunquam multifidis, laciniis latioribus cuneatis, stigmatibus (quod uncinatum in *R. acris*) et radice. In pratis V. et P. A.

684. *acris*.

685. *lanuginosus* P. A.

686. *aquatilis*.

CCLIII. TROLLIUS.

687. *europaeus*.

CCLIV. ISOPYRUM.

688. *thalictroides*.

CCLV. HELLEBORUS.

689. *purpurascens* Kit. P. A.

CCLVI. CALTHA.

690. *palustris*.

Gremeneccii die 1 Martii 1816.

Enumeratio plantarum in Gubernio Volhynico Podolico et Kiioviensi hucusque observatarum, Pars secunda continens plantas classium posteriorum Systematis sexualis Linnei, incipiendo a XIV. usque ad ultimam cuius ordines solum tres recensentur.

CLASSIS DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

CCLVII. AIUGA.

691. *reptans*.

692. *genevensis*.

variat floribus rubris et albis.

693. *Chamaepitys* ad Tyram in Podolia *Dr. Friedlaender. A.*

CCLVIII. TEUCRIUM L.

694. *Laxmanni*. In campis elatis Podoliae A.

695. *Scordium*, prope Luck A. Circa Kolesniki ad Horynium.

696. *Chamaedrys*.

697. *supinum*.

698. *Polium*. *MB. Flor. Taur. Cauc.* In Podolia austr. A.

Est omnino eadem planta, quam ex seminibus tauricis possideo, et A. 1816. in Bessarabia ipsemet legi. Non esse *T. polium* L. sed potius *T. valentium* *Schreb.* asserit *Schott.* Foliis latioribus et angustioribus variat.

CCLX. HYSSOPUS L.

699. *officinalis*. Frequens in valle prope Kitaygrad in Podolia.

CCLX. NEPETA L.

700. *Cataria*.

701. *nuda*, varietatem floribus minoribus legit A.

702. *Parviflora* *MB. Fl. Taur. Cauc. T. II. p. 41.* In Podolia austr.

703. *mentha* L.

CCLXI. MENTHA L.

703. *sylvestris*.

704. *hirsuta* W. in Volhynia.
 705. *arvensis*.
 706. *austriaca*, *rarior*.
 CCLXII SIDERITIS.
 707. { *montana* In asperis Podoliae Dr Fr.
 { *burgdorfia* Link.
 CCLXIII. GLEGOMA L.
 708. *hirsuta* W. et K. In nemorosis Podol. A. Cremoneci.
 709. *hederacea*.
 CCLXIV. LAMIMUM L.
 710. *maculatum*.
 Variat galea antice denticulata, emarginata et integerrima, nec non quo ad colorem, floribus roseis.
 711. *album*.
 712. *purpureum*, omnium frequentissimum.
 713. *amplexicaule*.
 CCLXV. GALEOPSIS L.
 714. *Ladanum*.
 α foliis ovatis.
 β foliis lanceolatis.
 { *versicolor* Pers.
 { *scannabina* W.
 716. *pubescens*. Prim. Fl. Gal. P. II. p. 27. cum priori.
 717. *Tetrahit*.
 CCLXVI. GALEOBEDOLON Sm.
 { *lateum* Sm.
 { *Leonorus Galeobdolon* W.
 CCLXVII. BETONICA L.
 718. *officinalis*. Aut. Fl. Germ. *stricta* W.
 Galea saepius emarginata occurrir.
 CCLXVIII. STACHYS.
 720. *sylvatica*.
 721. *palustris*.
 Varietatem foliis angustioribus ex Ucraina attulit A.
 722. *germanica*.
 723. *recta*.
 724. *annua*.
 CCLXIX. BALLOTA L.
 725. *nigra*.
 CCLXX. MARRUBIUM L.
 726. *peregrinum* In Podolia A. In campis (Stepy) Ucranae frequentissimum vidit.
 727. *vulgare*.
 CCLXXI. LEONORUS L.
 728. *Cardiaca*.
 CCLXXII. CHAITURUS Ehrh.
728. (*Leonuroides*.
Leonurus Marrubium W.
 Cremoneci in incultis.
 CCLXXIII. PHLOMIS L.
 730. *pungens*. In Podolia A. Frequentissima in campis Ucranae, varietatem fl. albis legit A.
 731. *tuberosa*.
 Cremoneci. Frequens in Pod. A.
 CCLXXIV. CLINOPODIUM L.
 732. *vulgare*.
 Variat floribus albis.
 CCLXXV. ORIGANUM L.
 735. *vulgare*.
 CCLXXVI. THYMUS L.
 734. *Serpyllum*.
 var. α staminibus exsertis.
 β staminibus inclusis
 T. *Serpylli* variet. I. Prim. Fl. Gal. P. II. p. 37.
 735. (*montanus* W. et K.
 T. S. var. 3. Prim. Fl. Gal. P. II. p. 39. Cremoneci. In Podolia A.
 736. *hirsutus* MB. Fl. Tauric. Cauc. T. II. p. 59. T. S. var. 4. Prim. Fl. Gal. P. II. p. 39. Th. *pannonicus* Allon. Autoritate Schottii. Variat foliis angustioribus et latioribus.
 737. *Marschallianus* W.
 var. α *angustifolius*. In Podol. Australi et Ucraina A.
 β *latifolius*. In Volhynia frequentens.
 T. S. Variet 5. Prim. Flor. Gal. P. II. p. 39. Variat staminibus exsertis et inclusis.
 738. *Acicularis* W. et K. e Pod. Austr. A.
 739. *angustifolius* Schreb.
 T. S. var. 7 et 8. Prim. Fl. Gal. P. II. p. 40. In arenosis Volhyniae
 740. *Acinos*.
 CCLXXVII. MELISSA L.
 741. *Nepeta*. In Pod. Australi A.
 CCLXXVIII. DRACOCEPHALUM L.
 742. *austriacum*. In collibus Cremoneci et Podoliae frequens, quod rarissimum in ipsa austria.
 743. *Ruyschiana*. In sylv. unica prope Cremonecum. In Podol. A.
 744. *moldavicum*. In Podol. Austral. A.

745. *thymiflorum*. In Pod. australi *A*.

CCLXXXIX. MELITTIS *L*.

746. *Melissophyllum*.

CCLXXX. SCUTELLARIA.

747. *lupulina L*.

Scut. foliis cordatis obtusis mucronatis serratisque, spicis foliosis, bracteis petiolatis ovatis calyce longioribus. *Gmel. Flora sibirica 3. p. 229. n. 52. t. 58. (M. Bieberstein in lit.)*

S. verna. Prim. Fl. Gal. P. II. p. 43. ad Tyram. Dr. Friedlaend. A.

748. *galericulata*.

(*peregrina W. et K.*

749. *altissima. MB. Fl. Taur. Cauc. T. II. p. 66. In fructis Podoliae. A.*

CCLXXXI. PRUNELLA *L*.

750. *vulgaris*.

β minor floribus pallidis.

751. *grandiflora*.

ANGIOSPERMIA.

CCLXXXII. RHINANTHUS *L*.

752. (*maior Ehrh.*

R. Crista-galli L.

753. *minor Ehrh.*

CCLXXXIII. EUPHRASIA *L*.

754. *officinalis L*.

755. *lutea. In Pod. austr. A.*

Occurrit et sesquipedalis.

756. *Odontites*.

CCLXXXIV. MELAMPYRUM *L*.

757. *cristatum. In sylvat. Pod. A.*

758. *arvense*.

β bracteis albis. In Podol. austr.

759. *nemorosum*.

(*Pratense*.

vulgatum Pers.

CCLXXXV. LATHRAEA *L*.

761. *Squamaria*.

CCXXXVI. PEDICULARIS *L*.

762. *Palustris*.

763. *Sceptrum carolinum. In nudis Volhyniae.*

764. *foliosa? Cremeneci.*

Recenter adhuc examinanda. Calyces sunt 5 lobi, nec 5 dentati: hinc valdopere dubia. Caeterum similis foliosae.

765. *comosa. In campis Ucraniae et Podoliae. A.*

CCLXXXVII. LINARIA *Tournef.*

766. *minor*.

767. *genistaefolia* in Volhynia.

β var. γ foliis latioribus glaucis. *MB. Fl. Taur-Cauc. T. II. p. 75. in Podolia. Etiam si foliis ovatis acuminatis distincta videtur, attamen sata in horto folia fert ut altera.*

768. *Biebersteinii* foliis lanceolatis acutis trinerviis, caule subnudo, spicis terminalibus sessilibus, floribus imbricatis inili, Antirrhinum Linaria *MB. Fl. Taur-Cauc. T. II. p. 75. (excl. synonym. pluribus).*

Anno 1816, legi formosam hanc speciem in littoribus elatis maris nigri *Odessae*, et quidem caule hirtio, foliis 4" latis palato miniatto. Anno praeterito *Andrzejowski* attulit eadem e Podolia australi foliis angustioribus, caule glabro. Caeterum proxima *L. vulgari*.

769. *vulgaris*.

CCLXXXVIII. SCROPHULARIA *L*.

770. *nodosa*.

771. *aquatica*.

772. *glandulosa W. et K. In Volhynia.*

CCLXXXIX. DIGITALIS *L*.

773. *ambigua*.

Variat? floribus maioribus et minoribus.

CCXC. LIMOSELLA *L*.

774. *aquatica. In Podolia inundatis. A.*

CCXCI. OROBANCHE *L*.

775. *maior. In Ucraina. A.*

776. *caryophyllacea*.

777. *caerulescens. In Pod. A.*

778. *alba. In Podol. A.*

779. *caerulea. In Podol. A.*

780. *ramosa*.

781. *arenaria. MB. Fl. Taur-Cauc. T. II. p. 83. In Podol. austr. A.*

CLASSIS TETRADYNAMIA.

NUCAMENTACEA (*).

CCXCII. MYAGRUM *L*.

Kakile H. Kew. Ed. II. V. 4. p. 74.

(* *Confer. Prim. Fl. Gal. P. II. p. 59.*

782. *Perenne*. In Pod. austr. *A.*
CCXCIII. GRAMBE *L.*

783. *tatarica*, in campis Podoliae et Ucraniae.

Caules ante florescentiam more Brassicae oleraceae Botrytis, hinc inde comedunt.

CCXCIV. { RAPISTRUM *Tournef.*
MYAGPUM *L.*
ALYSSUM *W. En. pl. h. r. ber.*

784. *paniculatum*.

CXXCV. RAPHANISTRUM *Tournef.*

{ innocuum *Moench.* In Pod.

785. { dol. *A.*

{ Raphanus *Raphanistrum L.*

CCXCVI. BUNIAS *L.*

786. *orientalis*.

CCXCVII. { EUCLIDIUM *R. Br. H.*

{ *Kew. V. 4. p. 74.*

{ BUNIAS *W.*

787. *syriacum*. In Pod. Austr. *A.*

CCXCVIII. CORONOPUS *Gaertneri.*

{ *Ruellii Cartn.*

788. { *depressus Fl. Wett.*

{ *Cochl. Coronopus L.*

S I L I C U L O S A.

CCXCIX. COCHLEARIA *L.*

789. *Armoracea*.

790. *Draba*. In Pod. austr. *A.*

CCC. LEPIDIUM *L.*

791. *latifolium*. In Pod. *A.*

CCCI. (NASTURTIUM *Scop.*

(LEPIDIUM *L.*

792. *ruderales*.

793. *perfoliatum*. In Pod. austr. *A.*

CCCII. (CAPSELLA *Crantz.*

(THLASPI *L.*

794. *Bursa pastoris*.

CCCIII. THLASPI *L.*

795. *arvense*.

796. *campestre*, prope Camene-

cium. Podol. in arvis et ad Tyram.

797. *montanum*) in Pod. austr. *A.*

798. *perfoliatum*)

CCCIV. ISATIS *L.*

799. *tinctoria*. In argillaceis ad

Tyram frequens.

CCCY. { ALYSSUM *W. et H. Kew.*

{ *L. c.*

{ ADYSETON *Scop. et Prim.*

{ *Fl. Gal.*

* *annuae.*

800. *campestre* *Schk. et MB. Fl.*

Taur. Cauc. T. II. p. 105. calyci-

um *Prim. Fl. Gal. P. II. p. 71.*

Non videtur Linneanum cui calyx

deciduus

801. *linifolium*. In Pod. austr. *A.*

802. *minimum*. In Ucraniae ar-

vis. *A.*

** *Suffrutices.*

803. *argenteum*) e Pod. austr. *A.*

804. *tortuosum*)

805. *murale* *W. et K.* E Pod. au-

stral. et *Sauran. A.*

806. *rostratum* *Stev.* E Podol.

austr. *A.*

807. *montanum*.

808. *saxatile*. Copiosissimum in

moeniis vetustis Camenei Podol.

MB. In aliis locis Podol. *A.*

CCCVI. MOENCHIA *Roth. Tent. Fl.*

Germ. T. II. p. 72. ALYSSUM *L.*

Farsetae (**) valvis convexi-

usculis, filamentis brevioribus deu-

ticulatis. *H. Kew. l. c.*

809. *incana*.

810. *Podolica*, Canescens, cae-

spitosum cauliculis erectis simpli-

cibus, foliis dentatis: inferioribus

subnatis oblongisque obtusis,

caulinis ovatis semiamplexicauli-

bis, siliculis ellipticis convexius-

culis. *Cat. H. Cremenec. 1816.*

p. 8. (Alyssum). Flores albi. In

scopulis Podoliae meridionalis, ad

Tyram A. Est planta dubii generis

(*conf. Suppl. III. ad Cat. H.*

remen. p. 2.) ad *Tyram*, siliculae

ovoideae, et magis ad cochlearias

appropinquant.

CCCVII. CAMELINA *Crantz.* MYA-

GRUM *L.*

811. *sativa*.

812. *austriaca*. In Podol.

Planta dubii generis. quae po-

nit *Rovpis Scop.* adiungenda.

CCCVIII. DRABA *L.*

813. *verna*.

814. *venoralis*.

CCCIX. LUNARIA *L.*

815. *rediviva*. In sylvat. *Cremen.*

S I L I Q U O S A.

CCCX. DENTARIA *L.*

816. *glandulosa* W. et K. Ultra Hypanim non vidit amplius A.

817. *hypanica*, foliis ternis decursive pinnatis, foliolis 5-7 oblongo lanceolatis, acutis, inaequaliter dentatis, extimis confluentibus, mihi. Ad Hypanim in nemorosis A.

Flores purpurei. Proxima D. 5. foliae MB. *Flor. Taur-Cauc. T. II. p. 109.* cui vero folia sparsa omnia quina distincta obtusius dentata et flores minores secundum specimen Caucasicum.

818. *bulbifera*.

819. *pinnata*. In nemorosis ad Hypanim. A.

CCCXI. CARDAMINE L.

820. *Impatiens*.

(*hirsuta*?)

821. (*C. hirsutae. Var. I. Prim. Fl. Gal. p. 76.*)

Stamina in nostrate constanter tetradynamia. Numero staminum hanc speciem, quam tetrandram dicit Haller et Link, variare voluit Curtis et Persoon, Clar. *Treviranus* mecum communicatus est *C. hirsutam*, nostrae simillimam ast tetrandram, putat vero nostram esse *C. sylvaticam* repraesentatam in *Fl. Dan. t. 735* quam auctoritate De Candollii (*Syn. Fl. Gall.*) ad hirsutam citavi.

822. *pratensis*.

823. *amara*.

CCCXII. RORIPA Scop. NASURTUM H. Kew. SISYMBRIUM L.

824. *palustris*.

825. *amphibia*.

826. *sylvestris*.

CCCXIII ERUCA Tournef. Moench. SISYMBRIUM L.

827. { *muralis*. In Pod. austr. prope Baltam.

Brassica H. Kew.

CCCXIV. SISYMBRIUM L.

828. *Sophia*.

829. *Loeselii*.

830. *Pannonicum*.

831. *Irio*. In Polesie. A.

832. *strictissimum*. In Pod. A.

CCCXV. BARBAREA R. Br. in H. Kew.

833. *vulgaris*.

(*Erysimum Barbarea* L.

CCCXVI. ERYSIMUM L.

(*officinale*.

834. (*Sisymbrium* H. Kew.

835. (*Alliaria*.

(*Sisymbrium* Scop.

(*Parviflorum* P. rs.

836. (*Cheirantoides* L.

837. *odoratum*.

838. *Andrzeiowscianum* subcaenescens, scabrinsculum. foliis linearibus canaliculatis recurvatis subdentulatis, glandulis nectariferis truncatis, siliquis erecto-patentibus. Mihi.

E diffusum MB. *Fl. Taur-Cauc. T. II. p. 116.* (ex antopsia speciminis taurici ab ipso cel. auctore).

Hoc *Erysimum diffusum* simillimum distinxit *Andrzeiowski*, qui illud ad *Tyram*, A. 1817. legit. Differt ab *E. diffuso austriaco* caenescuntia minori, ramis, pedunculis siliquisque minus patentibus, petalis magis flavis, unguibus calyce multo longioribus et praepriinis glandula ad basin staminum maiorum truncata, subdentulata (saepius tridentata) quae in *diffuso* est bicornis.

CCCXVII. KLUKIA. A.

{ *juncea* W. Circa Sawran A.

Cheiranthus W. et K.

839. { *Erysimum* W.

{ *Sisymbrium* Fisch. Cat. H.

{ *Gorenk.*

CCCXVIII. SYRENIA. A.

{ *latifolia* A. In Podol. austr.

840. { *A.*

{ *Cheiranthus cuspidatus*

MB. *Fl. Taur. Cauc.*

841. (*angustifolia* Ehrh.

(*Erysimum*.

CCCXIX. HESPERIS L.

842. *tristis*. In Pod. austr. A.

843. *matronalis*. Haec in pratis Ucranae vidi frequentissimam.

CCCXX. ARABIS L.

844. *Thaliana*.

845. *arenosa*.

CCCXXI. TURRITIS L.

846. *glabra*.

847. *hirsuta*.

CCCXXII. BRASSICA L.

848. *campestris*.

849. (*orientalis*.
Erysimum H. Kew.
 850. *elongata* W. et K. In Pod.
 austr. A.
 CCCXXXIII. SINAPIS L.
 851. *arvensis*.
 852. *nigra*. In Podol. cultis. A.

CLASSIS MONADELPHIA.

PENTANDRIA.

- CCCXXXIV. ERODIUM. J'Herit.
 855. (*serotinum* Steven.
ruthenicum. MB. Cent. pl.
 rar. *ruth.* Prope Baltam. L. B.
 Marchall Bieberstein. Prope Ja-
 orlik. A.
 854. *cicutarium*.
 CCCXXXV. GERANIUM L.
 4. pedunculis bifloris.
 855. *Phaeum*.
 β floribus pallidis.
 856. *sylvaticum*.
 857. *pratense*.
 858. *palustre*.
 β? minus, caule magis co-
 rimboso, foliis minus incis, flo-
 ribus minoribus. In Volhynia.
 859. *collinum*. In Ucr et Pod. A.
 860. *umbrosum* W. et K. In Po-
 dol. A. ☉. ♂.
 861. *bohemicum*. In Podol. A.
 862. *divaricatum* W. et K. In
 Ucr. et Podol. A.
 865. *rotundifolium* in Pod. A.
 864. *pusillum*.

Planta adhuc dubia. *Linneus*
 tribuit ipsi stamina 5, sed talem
 nec *Gavanillesius* nec *Gmelinus*
 nec ego vidi. Illi cum *Rothio* vi-
 derunt stamina 5 antherifera et tot
 castrata, mihi semper 10 antheri-
 fera visa sunt. Caeterum nullum
 video discrimen.

865. *dissectum*. In Pod. A.
 866. *columbinum*. In Volhynia.
 867. *Robertianum*.
 2 Pedunculis unifloris.
 868. *sanguineum*.
 CCCXXXVI. SIDA L.
 869. *Abutilon*. In Pod. austr. A.
 CCCXXXVII. ALTHAEA L.
 870. *cannabina ad Jaorlik*. A.
 871. *officinalis*.
 CCCXXXVIII. ALCEA L.

872. *pallida* W. et K. In Pod.
 austr. A.
 873. *ficifolia*. Prope Raszków. A.
 CCCXXXIX. MALVA L.
 874. *rotundifolia*.
 875. *pusilla* Smith. In Volhynia.
 876. *sylvestris*.
 877. *crispa*. in Podol in cultis. A.
 878. *Alcea*. In Volhynia.
 CCCXXX. LAVATERA L.
 879. *thuringiaca*. L.

CLASSIS DIADELPHIA.

HEXANDRIA.

- CCCXXXI. FUMARIA L.
 880. *officinalis*.
 881. *spicata*.
 CCCXXXII. CORYDALIS Pers.
 882. *bulbosa*.
 Var. floribus albis.
 883. (*Halleri*.
digitata Curt.
 β foliis profundius incis, laciniis angustioribus.

OCTANDRIA.

- CCCXXXIII. POLYGALA L.
 884. *vulgaris*.
 β floribus minoribus caeru-
 leis. In Volhynia.
 γ? Floribus albis minimis.
 In Podolia austr. A.
 885. *maior*. In Pod. austr. A.

DECANDRIA.

- CCCXXXIV. GENISTA L.
 886. *tinctoria*.
 887. *albida*. MB. Fl. Taur-Cauc.
 T. II. p. 149. In Pod. austr. A.
 888. *germanica*. In Volhynia.
 CCCXXXV. ONONIS L.
 889. *spinosa*. In Volh. et Pod.
 890. *hircina*.
 891. *mitis*. In Podol. A.
 CCCXXXVI. ANTHYLLIS L.
 892. *vulneraria*.
 CCCXXXVII. OROBUS L.
 893. *laevigatus* W. et K. In Vol-
 hynia Folia 3-5 juga. Caulis sim-
 plex et ramosus.
 894. *vernus*.

895. *albus*. In Volhynia.
 896. *lacteus*. MB. *Flor. Taur-*
Cauc. T. II. p. 122. In Podolia.
 897. *palescens*. MB. *l. c. p. 153.*
 circa Baltam. *A.*
 898. *niger*.
 CCCXXXVIII. LATHYRUS *L.*
 899. *sativus*. Prope Sawrañ *A.*
 900. *tuberosus*.
 901. *pratensis*.
 902. *sylvestris*.
 903. *palustris*.
 904. *pisiformis*.
 CCCXXXIX PISUM *L.*
 905. *arvense*. in Podolia *A.*
 CCCXL. VICIA *L.*
 906. *pisiformis*.
 907. *dumetorum*.
 908. *sylvatica*.
 909. *Polyphylla W.*
 910. *Cracca*.
 911. *sativa*.
 β *angustifolia*.
 912. *angustifolia*.
 913. (*Biebersteinii. A.*
sordida. MB. *Fl. Taur-*
Cauc. T. II. p. 161. (excl. syn. pl.
rar. Hung.) secundum ipsius cel.
 Auctoris assertionem. Auctores
Icon. pl. Hung. dicunt quidem fo-
 lia caulina polymorpha. *T. III. p.*
143, sed in iconone (t. 134.) depin-
 xerunt cucurbitaria, quae in nostra
 omnino linearia retusa sunt. Co-
 rolla nostrae flava nec livescens et
 radicem asserit *Andrejowskius* pe-
 rennem.
 914. *Pannonica* cum anteceden-
 te circa Sawrañ *A.*
 CCCXLI. ERVUM *L.*
 915. *tetraspermum*.
 916. *hirsutum*.
 CCCXLII. CYTISUS *L.*
 917. *nigricans*.
 918. *capitatus*. In Volh. rarior.
 919. *supinus*.
 920. *austriacus* in Podolia. *A.* In
 Ucraina arantibus molestissimus et
 vix extirpandus.
 921. *leucanthus W. et K.*
 922. *ruthenicus. Fisch. H. Gor.*
 In Podol. austr. *A.*
 CCCXLIII. CARAGAGANA *Lam.*
 ROBINIA *L.*
 923. *mollis*. MB. *Suppl. ined.*
 (Robinia).
 Frutex similis *C. frutescenti*,
 qua praepriis foliis junioribus
 pubescentibus differt. Calyces ma-
 iores, corolla minor. In Podolia
 Austr. *A.*
 924. *frutescens*. In Pod. Austr.
 in montosis ad *Tyram* frequens. *A.*
 CCCXLIV. CORONILLA *L.*
 925. *varia*.
 CCCXLV. ONOBRYCHIS. HEDYSA-
 RUM *L.*
 926. *sativa*.
 927. *petraea*. In Pod. Austr. *A.*
 CCCXLVI. HEDYSARUM *L.*
 928. (*grandiflorum Pall Iter.*
sericeum. MB. Fl. Taur-
Cauc. T. II. p. 176. (ipse auctor. in
literis) In Podol. australi. *A.*
 CCCXLVII. GALEGA *L.*
 929. *officinalis*. In Pod. *A.* In
 Ucraina.
 CCCXLVIII. OXYTROPIS *Dec.*
 ASTRAGALUS *L.*
 930. *pilosa*, In Podol. *A.*
 CCCXLIX. ASTRAGALUS *L.*
 931. *ponticus*. Prope *Jaorlik* Pod.
 austr. *A.*
 932. (*dasyanthus*. In Pod. *A.*
pannonicus Schult. Fl. Au-
striac. Ed. 2.
 vesicarius L.
 albidus W. et K.
 933. *glaucus* MB. *Fl. Taur-*
 Cauc.
 mixtus MB.
 dealbatus W. in nota. Hos
 esse Synonimos cel. auctor in lite-
 ris ad me asseruit. Prope *Jaorlik A.*
 934. *virgatus*. in Pod. austr. *A.*
 935. *cinereus* MB. in lit.
 Affinis praecedenti, calycinis
 vero dentibus rectiusculis nigris
 duplo longioribus et legumine cal-
 lyce fere duplo longiore a praee-
 sente distinctus. In Podolia au-
 strali prope *Jaorlik. A.*
 936. *asper*, cum praecedente. *A.*
 937. *Cicer*.
 938. *glycyphyllos*.
 939. *austriacus*. In Podolia. *A.*
 940. *subulatus*. var. γ. MB. *Fl.*
Taur-Cauc. T. II. p. 194. Prope
Jaorlik. A.

941. *Onobrychis*.

Var. multo tenerior, aune species distincta? Intermedia quasi hunc inter et aduncum. In Podolia austr. *A*.

942. *monspassulanus*, prope *Ca-nemecum* *Dr. Fr.* prope *Loiowce* *A*.

943. *excavatus*. In Pod. austr. *A*.

944. *olssanus*. Mihi.

Hanc perpulchram speciem fruticosam prope *Odessam* legi *A*. 1816 quam hoc anno *Andrzejowski* in Podol. australi detexit. Frutex erectus sesquipedalis, cortice brunnea, foliola lineari-lanceolata subserrica. Pedunculi foliis longioribus. Flores capitati cerasino-purpurei. Legumina recta, calyce vix duplo longiora, trigono-cylindracea mucronata. Ab affinibus *cel. Fischer Gorenkensis* illum distinguunt sequentibus characteribus: *A. arbuscula* fert legumina longa, *A. fruticosi* foliola breviora acutiora; habitus strictior, legumina longiora et crassiora et flores maiores. *A. viminei* habitus magis herbaceus, foliola viridia, inflorescentia magis elongata.

CCCL. MELILOTUS *Tournef.*

945. *coerulea*.

946. *procumbens* racemis oblongis pedunculatis, leguminiibus dispersis, ventricosis in mucronem attenuatis calyce triplo longioribus, caule decumbente, stipulis lanceolatis membranaceis. Nobis, in Podolia australi. *A*. In Bessarabia ipsemet legi.

Affinis valde *M. coeruleae* et colore florum. Folia vero angustiora flores variores, legumina maiora et semina brunnea.

947. *macrorrhiza*. In Volhyniarior. *A*.

948. *officinalis*.

(*vulgaris*. *W. En.*)

949. (*gigant* a *Roedel. pug. pl. exsiccata*.)

CCCLI. TRIFOLIUM *L.*

950. *hybridum*.

951. *repens*.

Varia foliis fusco-punctatis.

952. *rubens*.

953. *pratense*.

954. *medium*.

955. *alpestre*.

956. *pannonicum*.

Planta valde opere varians et quidem foliolis ovatis, acutis et obtusis, lanceolatis et lineari lanceolatis, mucronatis, stipularum dentibus integris et dentatis, petiolo longioribus et brevioribus, calycum dentibus lanceolato subulatis et subulatis, tubo calycis dimidio brevioribus, aut aequalibus, infimo tubo corollae brevioribus et longiori.

957. *ochroleucum*. In Pod. *A*.

958. *vesiculosum* *Savi*. In Pod. austr. *A*.

959. *arvense*.

960. *fragiferum*.

961. *montanum*.

962. *spadicum*. In Volhynia.

963. { *campestre* *Schreb.* In Volhynia varius.

{ *agrarium* *Gmel. Fl. Bad.* n. 1152.

964. *filiforme*. In Volh. rarius.

CCCLII. LOTUS *L.*

965. *corniculatus*.

var. *pilosa*.

CCCLIII. MEDICAGO *L.*

966. *sativa* In Podolia. *A*.

967. *procumbens*. *Prim. Fl. Gal. P. II. p. 127.* frequens in siccis argillaceis.

968. *lupulina*.

969. *minima*. In Podolia. *A*.

CLASSIS SYNGENESIA.

POLYGAMIA AEQUALIS.

CCCLIV. TRAGOPOGON *L.*

970. *canus* *W.* In sabulosis *Sawrahi*. *A*.

971. *pratensis*.

972. *maior*.

973. *livescens*, calycibus octophyllis flosculos radii vix aequalibus, foliis integris, strictis, flosculis discoloribus mihi, ad *Tyram*.

Flosculi supra ochroleuci subtus lividi. Flores vix magnitudinis *T. cani*.

CCCLV. SCORZONERA *L.*

974. *hispanica*. In Pod. austr. *A*.

975. *humilis*.
976. *rosea* *W.* et *K.* Flores Vanillam redolent.

977. *purpurea*. In Podol. *A.*
CCCLVI. PODOSPERMUM *Dec.*

SCORZONERA *L.*

978. *laciniata*. In Pod. austr. *A.*
CCCLVII. SONCHUS *L.*

979. *palustris*.

980. *arvensis*.

981. *lacerus*. mixtum cum oleraceo

982. *oleraceus*.

983. *asper*.

β foliis runcinato-pinnatifidis.

CCCLVIII. LACTUCA *L.*

984. *Scariola*.

985. *saligna*. In Pod. austr. *A.*

CCCLIX. CHONDRILLA *L.*

986. *juncea* *A.*

CCCLX. PRENANTHES.

987. *muralis*.

CCCLXI. TARAXACUM *Hall.*

LEONTONDON *L.*

988. (*Dens L. onis*.

L. Taraxacum.

989. *serotinum*. In Pod. austr. Variat summopere forma foliorum et quidem integris, sinuato-angulatis et runcinatis.

990. *subnum*, calyce exteriori laxo, scapo unifloro laevi, foliis linearibus, medio sub runcinato-dentatis, laciniis oblongis, subdentatis. *mili*, *Cat. h. Crem. A. 1816. p. 140*

T. bessarabicum Fisch. H. Gor. In saltis Podoliae australis LB. Marschall Bieberstein et denuo A.

CCCLXII. LEONTONDON *L.*

APARGIA *W.*

991. *autumnalis*.

992. *hastilis*.

993. *hispidus*.

994. *hispanicus*. In Pod. Austr. *A.*

CCCLXIII. PICRIS *L.*

995. *hieracioides*.

CCCLXIV. HIERACIUM *L.*

996. *piloseila*.

β *bijurcum*. *MB. Fl. Taur-*

Cauc. T. II. p. 251.

997. } *collinum*. *Prim. Fl. Gal.*

P. II. p. 148.

Ex consensu cel. auctoris quorum specimina sicca communicatus sum.

998. *praemorsum*.

999. *dubium*.

1000. } *Bauhini. Prim. Fl. Gal.*

P. II. p. 140.

1000. } *Auricula. MB. Fl. Taur-*

Cauc. T. II. p. 251.

1001. *Auricula*.

et var. β *Prim. Fl. Gal. P. II.*

p. 151. quae cultura non mutatur.

1002. *cymosum*.

1005. } *echioides W. et K.*

1005. } *(cymosum MB. Fl. Taur-*

Cauc. T. II. p. 252.

1004. *molle* in Volhynia rarius.

1005. *murorum* in Podol.

1006. *nemorosum Pers.* in Volh.

1007. *paludosum*.

1008. *sibiricum*. in sylvaticis.

1009. *foliosum* in Podolia *A.*

1010. *sabaudum W. et K.* in Podolia. *A.*

1011. *umbellatum*.

CCCLXV. CREPIS *L.*

1012. *rigida W. et K.* in Pod. *A.*

1013. *foetida*.

1014. *biennis*.

1015. *tectorum*.

1016. *virens*. In Volhynia prope

Poryck.

1017. *agrestis* in Podolia.

CCCLXVI. HYPOCHAERIS *L.*

1018. *maculata*.

1019. *radicata*.

CCCLXVII. LAPSANA *L.*

1020. *Communis*.

CCCLXVIII. CICHORIUM *L.*

1021. *Intybus*.

var? Loco florum geminorum sessilium, pedunculus 3-4" ad basin et apice florem gerens. In Podolia australi. *A.*

CCCLXIX. ARCTIUM *L.*

1022. } *(tomentosum Schk.*

1022. } *(Bardana L.*

1023. } *(maius Schk.*

1023. } *(Lappa L.*

1224. *minus Schk.*

CCCLXX. CARDUS *L.*

1025. *nutans L.*

1026. *hamulosus W. et K.* In Podol. *A.*

1027. *acanthoides* frequentissimus in proscissis Podoliae.

1028. *crispus*.

CCCLXXI. SYLIBRUM *Vail.*CARDUUS *L.*1029. *marianum.*CCCLXXII. CIRSIUM *Vail.*CNICUS *Schreb.*1030. *palustre.*1031. *canum.*

β foliis incis.

1032. *serratuloid s.*1033. *lanceolatum.*

1034. *ciliato-affine.* Hoc sub titulo communicatus est cum *B. Marshall Bieberstein* speciem *Cirsii* frequentem quoque in *Podolia* australi, adnexis verbis: nondum comparavi cum affinis. Haberem illum pro *C. serrulato* *MB Fl. Taur-Cauc. T. II. p. 275.*

1035. *Eriophonum.* In *Volhynia.*1036. *rivulare.*1037. *oleraceum.*1038. *Erisithales.*(arvense *L.*1039. (*serratula.*in: anum *Gmel.*1040. } *Serratula ciliata* *W.*{ *Cn. setosus.* *Prim. Fl. Gal.**P. II. p. 172.*

Nostra melius quadrat cum planta e seminibus tauricis et descriptione *Florae Taur-Cauc. T. II. p. 267.* quam cum specimen caucasicum *cel. Fischeri Gorinkensis* in quo flores nimis parvi, nec in planta florente nostrate folia superiora sunt subtus incana. Planta hortis et agris infesta radice summo opere repente.

CCCLXXIII. SERRATULA *L.*1041. *coronata.* In *Pod. austr. A.*2042. *tinctoria.*β foliis integris. In *Ucr. A.*1043. (*nitida* *W. et K. (Carduus)*(*heterophylla* *Dec.* in *Pod.*(*radiata* *W. et K. (Carduus)* In *Pod. Austr. A.*1044. } *pinnatifida.* *H. Paris.*{ *centauroides* *MB.* (ex-cluso *synon. Lindei).*1045. *xeranthemoides* *MB. Fl.**Taur-Cauc. T. II. p. 265.* In *Pod.**austr. A.*1046. *multiflora* *MB.*1047. *stoechadifolia* *MB. l. c.**p. 266.* cum priori.

Haec ultima *Staechelini* et praepinnis *St. Chamaepeuce* valde affinis et non nisi pappo scabro nec plumoso differt. Antherae huic aeque ac *Staechelini* basi caudatae, calyx et receptaculum idem.

CCCLXXIV. ACARNA *Flor. Veter.*CARDUUS *L.*(mollis *L.*1048. (*Serratula blanda* *MB.* in literis.

Varietatem foliis integris late lanceolatis in *Ucrania* legit *A.*

1049. *cyanooides* *L.*CCCLXXV. ONOPORDON *L.*1050. *Acanthium* *L.*CCCLXXVI. CARLINA *L.*1051. *acanthifolia* ?

Omnino simillima *C. acanthifoliae* praepinnis magnitudine floris, cuius discus 3" aequat: at mirum foret plantam alpinam *Carnioliae* et *Pedemontii* hucusque exulasse: ideo ulteriori adhuc examini est subiicienda.

1032. *simplex.*1053. *vulgaris.*CCCLXXVII. BICDENS *L.*1054. *tripartita.*1055. *cernua.*CCCLXXVIII. EUPATORIUM *L.*1056. *cannabinum.*CCCLXXIX. CHRYSOCOMA *L.*1057. *linosyris.*1058. *villosa.* In *Pod. austr. A.*

POLYGAMIA SUPERFLUA.

CCCLXXX. TANACETUM *L.*1059. *vulgare.*CCCLXXXI. ARTEMISIA *L.*1060. *Scoparia.*1061. *campestris.*1062. *inodora.* *MB. Fl. Taur-Cauc. T. II. p. 295.*1063. *austriaca.* In *Pod. austr.**li* frequentissima.1064. *Absynthium.*1065. *vulgaris.*CCCLXXXII. XERANTHEMUM *L.*1066. *annuum.* In *Podolia. A.*CCCLXXXIII. GNAPHALIUM *L.*1067. *arenarium.*

Variet floribus rutilis.

1068. *dioicum.*

Variet floribus albis et rubris.

1069. *rectum*.
 1070. *uliginosum*.
 1071. *arvense*.
 CCCLXXXIV. *CONYZA L.*
 1072. *squarrosa*. In Podol.
 CCCLXXXV. *ERIGERON L.*
 1073. *canadense*.
 1074. *acre*.
 1075. *asteroides*. *A. floribus corymbosis, radio disco longiore.*
 Mihi.

Caeterum simile *E. aceri*, a quo praeterea differt foliis hispidiusculis, magis venosis et caule superne corymboso, nec racemoso. In Podolia australi *A.*

- CCCLXXXVI. *TUSSILAGO*.
 1076. *Farfara*.
 1077. *Petasites*. In Podolia *A.*
 CCCLXXXVII. *SENECIO L.*
 1078. *vulgaris*.

β radiatum legit Cremen. *A.*
 1079. *vernus W. et K.* In Podolia arvis frequentissimus.

1080. *tenuifolius*. In Pod. et Volh. β foliorum laxorum laciniis distantibus divergentibus. In Volhynia prope *Koleśniki*.

1081. *Jacobaea*.
 β ? floribus maioribus.
 Confer. *Cat. II. Cremen. A. 1816. p. 128.*

1082. (*arenarius*. *MB. in lit.*
tenuifolius. Ucranicus
Cat. h. Cremen. 1816. p. 129.

Species haec mihi nondum clara. Possideo specimen siccum inscriptum „Folia subcarnosa, sicut tota planta incana. Affinis *S. erucaefolio*” ab ipso Auctore. Specimina nostri Senecionis ucranici cum illo communicata declarat pro *S. arenario*, ast nostri folia nec subcarnosa, nec similia specimini prius memorato ex Rossiae minoris arena mobili; neque similis *S. erucaefolia* ab Ill. *Steven* mecum communicato. Nostrum non esse. *S. tenuifolium* austriacum patet ex calyce (Confer. *Cat. H. Crem. l. c.*) Foliorum forma variabilis uti affinium.

1083. *paludosus*. In Volhynia.
 1084. *saracenicus*. In Pod. *A.*
 1085. *nemorensis*. *Jacq.*
 1086. *umbrosus*. *W. et K.* In Pod.

1087. { *macrophyllus*. *MB. Fl.*
Taur-Cauc. p. 308.
Doria. Prim. Fl. Gal. P.
II. p. 189. In Podol. *A.*

CCCLXXXVIII. *ASTER L.*
 1088. *druncunculoides*. *MB. Fl.*
Taur-Cauc. p. 310. In Pod. austr. *A.*
 1089. *Amellus*.

var. foliis acutis.
 1090. *ameloides*, foliis acutis; scabris, inferioribus obovatis, medio remote grosse serratis, reliquis lanceolatis, ramis corymbosis, calycibus imbricatis subsquarrosis; phyllis acutis, interioribus membranaceis, apice coloratis, Mihi. Caulis bipedalis, magis multiflorus quam *A. Amellus*. Flores similes. In Volhynia et Podoliae elatis. *A.*

- CCCLXXXIX. *SOLIDAGO L.*
 1091. *Virgaurea*.
 CCCXC. *CINERARIA L.*

1092. *sibirica*. In Volhynia pratis humidis, hinc inde.

1093. *palustris*.
 1094. *campestris*. In Podolia.
 1095. *aurantiaca*.

Picrumque flosculosa, quandoque radio brevissimo tridentato, aequae rariter radio elongato.

1096. *integrifolia*. In Volhynia.
 1097. *longifolia*. in Volhynia.

CCCXCI. *INULA L.*
 1098. *Helenium*.
 1099. *Oculus Christi*. *MB. Fl.*

Taur-Cauc. T. II. p. 317. (excl. *synon. omnibus exceptis Pallasio et Hablitzio*). Planta taurica aequae Podolica distincta est ab austriaca: differt enim praeter minorem cauescentiam et villositatem receptaculo nudo, quod breviter pilosum in planta austriaca.

1100. *britannica*.
 1101. *pulcaria*. *Prim. Fl. Gal. P. II. p. 195.*
 1102. *hirta*.
 1103. *salicina*.
 1104. *ensifolia*.
 1105. *hybrida*. *Baumgart. Fl. Transylv.*

Intermedia quasi inter germanicam et ensifoliam in Podolia et Ucraina *A.*

1106. *germanica*. In Pod. *A.*
 CCCXCII. *BELLIS L.*

1107. *perennis*.
 CCCXCIII. CHRYSANTHEMUM L.
 1108. *leucanthemum*.
 β *carpathicum* *Rochel. pl. exsicc.* In Volhynia, folia lanceolata elongata.
 CCCXCIV. PYRETHRUM. Sm.
 1109. *corymbosum*.
 1110. *Parthenium*.
 1111. *inodorum*.
 1112. *millefoliatum*. In Podol. austr. ad Tyram. A.
 CCCXCV. MATRICARIA L.
 1113. *Chamomilla*. Rarius inter segetes.
 CCCXCVI. ANTHEMIS. L.
 1114. *ruthenica*. MB. *Fl. Taur-Cauc. T. II. p. 330*. In addendis et emendandis p. 465. vero eam cum *A. austriaca* conjunxit: at iterato examine eas diversas esse putat cel. Auctor in literis: ideo cum specimenibus austriacis *A. austriacae* comparavi et sequentes observavi differentias:
 1. Folia sunt magis interrupto-pinnata. 2. Pinnulae magis pectinato-pinnatifidae. 3. Lacinulae evidenter mucronatae. 4. Calycis squamae interiores apice scarioso, obtusissimo, fimbriato-ciliato, quae lanceolatae acutae in *A. austriaca*; tandem. 5. Paleae magis cuspidato-mucronatae. In Podolia australi. A.
 1115. *arvensis*.
 1116. *Cotula*.
 1117. *tinctoria*.
 CCCXCVII. ACHILLEA L.
 1118. *pectinata*. In Pod. austr. A.
 1119. *nobilis*. In Podolia et Ucraina ubi frequentissima.
 1120. *pubescens*? In Podolia A. Flores quadrant, sed folia non omnino.
 1121. *distans*. In Ucraina A.
 1122. *magna*. In Volhynia.
 1123. *Millefolium*.
 1124. *setacea*? In Pod. austr. A. Flores ochroleuci.
 CCCXCVIII. BUPHTHALMUM L.
 1125. *cordifolium*.
 In pluribus locis sylvaticis Volhyniac et Podoliae haud infrequens. Radix saporis amari aromatici Inu-

lac Helenii similis, herba exsiccata odorem Iridis florentinae similem diu conservat. Suspicor eam saepius Imulae Helenii loco pharmacopolas intrare.

POLYGAMIA ERUSTRANEA.

- CCCXCIX. CENTAUREA.
 1126. *ruthenica* in Pod. austr. A.
 1127. *phrygia*.
 Variat α foliis integerrimis.
 β foliis lanceolatis subdentulatis.
 γ foliis ovato-lanceolatis sessibus.
 δ foliis semi amplexi-caulibus dentibus baseos majoribus. In Volhyn.
 1128. *austriaca*. In Volhynia. Variat calycibus atro-fuscis magis recurvato-plumosis.
 1129. *pectinata*. In Volhyn.
 1130. *nigrescens*.
 1131. *Cyanus*.
 1132. *axillaris*. MB. *Fl. Taur-Cauc. T. II. p. 345*. In Volhyn. (*stricta*. W. et K. (*axillaris*. W. In Podol. Specimen exsiccatum *C. strictae* W. et K. a cel. Willdenowio cum L. B. Marschall Bieberstein et ab hoc autopsiae in gratiam mecum communicatum omnino quadrat cum planta Podolica (*C. mollis*? *Suppl. III. ad Cat. pl. h. Cremen. p. 7.*) in qua calycis squamae margine lato et ciliae sunt atrac. C. vero *axillaris* Volhynica, eadem cum planta in Flora *Taur-Cauc. l. c.* descripta et cum *C. Seusana Villarsii* habet calycis squamas margine angusto atro et ciliis teneriores argenteas. Anne varietates sint, uti cel. Auctor *Florae Taur-Cauc.* autumnat, anne species distinctae.
 1134. *paniculata*?
 Differt a *C. paniculata* austriaca ciliis fuscis, quae argenteae in altera.
 Var? Calycum squamis et ciliis albidis, floribus albis. In Podolia austr. A.
 1135. *arenaria*?
 Etiamsi L. B. Marschall Bie-

Berstein dicat nostram esse eius *C. arenariam*, forma calycum vix et ne vix cum illius et *Willdenowii* descriptione quadrat. *C. arenariae* eseminibus tauricis cultae calycum squamae laeves sunt coloratae, quae nervosae et virides in nostrate: squama habet ad apicis inermis latera appendices membranaceas inaequaliter laceras. In altera apex squamae est subsphacelatus, pungens. lateribus ciliatus conformationis potius *C. paniculatae*. In Podol. austr. *A.*

1136. (*virgata* Lam?
(*ovina*. *Cat. h. Crem.* 1816.
p. 34.

Omnia quadrant excepta canescentia notabili. In Pod. austr. *A.*
1137. *sibirica*. *MB. Fl. Taur-Cauc. T. II. p. 348.*

Et hic cito floram hanc praeclearam speciminibus bessarabicis, tauricis, et sibiricis a *L. B. Marschall Bieberstein* mecum communicis edoctus veram sibiricam multo calycibus differre a nostra. In nostra et taurico-caucasica calycis squamae inferiores apice lanceolato acuto, mediae ad latera apicis sunt ciliatae, intimae apice cochleato obtuso lacero, hinc vix calyx scariosus dicendus. In apricis elatis Podoliae meridionalis.

1138. *trinervia*. In Pod. austr. *A.*
1139. *Jacea*.
1140. *Scabiosa*.
var. fl. albis.
1141. *coriacea*. *W. et K.*

1142. *stereophylla*, calycibus ovatis, squamarum apice ciliato, spinuloso-patulo, foliis scabris, coriaceis obtusis mucronatis, radicalibus integerrimis, inferioribus pinatifidis, summis sublinearibus, caulibus patentibus. Mihi. In Podolia australi *A.* Medium inter *C. coriaceam* et *C. reflexam* tenens quo ad calyces, habitu vero ab utraque differt. Haberem illam pro *C. spinoso-ciliata* a *clar. Bernhardio e Fiume* mecum communicata, nisi haec pusilla calycum squamis intimis spinosis foret donata.

Flores purpurascetes. Radix pereunns.

1143. *glastifolia*. In Podolia austr. *A.*
1144. *neglecta* (*Schott.*) *H. Knd.* Flores pallide flavi. Calyces *C. atro-purpureae* similes. In Podol. austr. *A.*
1145. *orientalis*. In Pod. austr. *A.*
1146. *tatarica*. In Pod. austr. *A.*
1147. *parviflora* in Pod. austr. *A.*
1148. *Adami*. *MB. Fl. Taur-Cauc. T. II. p. 355.* in Pod. austr. *A.*

POLYGAMIA NECESSARIA.

- CCCC. CALENDULA *L.*
1149. *arvensis* *A.*

POLYGAMIA SEGREGATA.

- CCCCI. ECHINOPS *L.*
1150. *Sphaerocephalus*. In Pod.
1151. *Ritro*. In Pod. *A.*

CLASSIS GYNANDRIA.

MONANDRIA.

- CCCCII. ORCHIS *L.*
1152. *cucullata*. *Cremen.* in sylv. *Witzell.*
1153. *globosa*. Rarior. *A.*
1154. *Morio*.
1155. *mascula*.
1156. *militaris*.
1157. *ustulata*.
1158. *sambucina*.
β floribus rubris.
O. incarnata. *Prim. Fl. Gal. P. II. p. 216.*

1159. *latifolia*.
1160. *maculata*.
1161. *odoratissima*. *Cremen.* rarior. *Orchides cucullata* et *odoratissima* adhuc recenter examinandae, anne ad unum alterumve generum sequentium *Roberti Brownii* spectent.

- CCCCIII. GYMNADENIA *R. Br.* in *H. Kew. Vol. V. p. 191.* ORCHIS *L.*
1162. *conopsea*.

CCCCIV. HERMINIUM. *R. Br. l. c.*
OPHRYS *L.*
1163. *Monorchis*. In Volhynia.

- CCCCV. HABENARIA *R. Br. l. c.*
ORCHIS *W.*

1164. *bifolia*.
 1165. *viridis*.
 CCCCVI. LISTERA R. Br. l. c.
 p. 200. EPIPACTIS W.
 1166. *ovata*.
 CCCCVII. EPIPACTIS Sw.
 1167. *latifolia*.
 β floribus atro-rubentibus.
E. atro-rubens. Prim. Fl.
Gal. P. II. p. 220.
 1168. *palustris*. In Volhynia.
 1168. *pallens*.
 β spica foliosa.
 1170. *ensifolia*.
 1171. *rubra*.
 1172. *Nidus avis*.
 Haec quoque recenter exami-
 nanda, adne revera huius loci,
 aequae ac insequens.
 CCCCVIII. MALAXIS Sw.
 1175. *monophyllos*. In Volhynia.
 CCCCIX. CORALLORHIZA Hall. H.
Kew. l. c. p. 208.
 1174. { *innata. Cremeneci* in
 monticulo Boza Góra. A.
Cymbidium Corallorhi-
za. W.

DIANDRIA.

- CCCCX. CYPRIPIEDIUM L.
 1175. *Calceolus*.
 α calycis phyllis anguste-lan-
 ceolatis. In Volhynia.
 β calycis phyllis late lanceo-
 latis, supremo ovato. In
 Pod. A.

HEXANDRIA.

- CCCCXI. ARISTOLOCHIA.
 1176. *Clematitis*. In Podol. A.
 β floribus quidquam maiori-
 bus in Ucraina. A.

CLASSIS MONOEGIA.

MONANDRIA.

- CCCCXII. CALLA L.
 1177. *palustris* L.
 CCCCXIII. ARUM L.
 1178. *maculatum* L.

DIANDRIA.

- CCCCIV. LEMNA L.
 1179. *trisulca*.

1180. *minor*.
 1181. *polyrhiza*.

TRIANDRIA.

- CCCCXV. TYPHA L.
 1182. *latifolia*.
 1183. *angustifolia*.
 CCCCXVI. SPARGANIUM L.
 1184. *ramosum*.
 1185. *simplex*.
 CCCCXVII. CAREX L.
 1186. *Davalliana*.
 1187. *vulpina*.
 1188. *divulsa*.
 1189. *muricata*.
 1190. *remota*.
 1191. *Schreberi*.
 1192. *brizoides*. } in Volhynia.
 1193. *ovalis*.
 1194. *caespitosa*.
 1195. *stricta*.
 1196. *acuta*.
 1197. *digitata*.
 1198. *montana*.
 1199. { *humilis Leis.* In Sturm.
Fl. Germ. in Volh.
clandestina. Cat. II. Cre-
men. in Volh.
 1200. *ciliata*.
 1201. *praecox*.
 1202. *patula Host.*
flava L. } in Volhyn.
 1203. *Oederi*.
 1204. *fulva*.
 1205. *pallescens*.
 1206. *nitida*. In Pod. austr. A.
 1207. *pilosa*.
 1208. *Michellii*.
 1209. *Drymeia*.
 1210. *Pseudocyperus*. } in Volh.
 1211. *paludosa*.
 1212. *vesicaria*.
 1213. *ampullacea*.
 1214. *hirta*.
 Certe et in Podolia plures oc-
 currunt, quae vero hucusque ne-
 glectae fuerunt.

TETRANDRIA.

- CCCCXIII. NAIAS W.
 1215. *monosperma*. In Volhyn.
 stagnis.
 CCCCXIX. ALNUS W.

1216. *glutinosa*.
 CCCCXX. *URTICA L.*
 1217. *ureus*.
 1218. *dioica*.

PENTANDRIA.

- CCCCXXI. *XANTHIUM L.*
 1219. *Strumarium*.
 1220. *spinosum*. In Podol. *A.*
 CCCCXXII. *AMARANTHUS L.*
 1221. *Blitum*.
 1222. *retroflexus*. Frequentissimus in Podoliae cultis. Extra *Jam-pol* in Volhynia incipit.
 1223. *sanguineus*. In cultis Podoliae. *A.*

POLYANDRIA.

- CCCCXXIII. *CERATOPHYLLUM L.*
 1224. *demersum*.
 CCCCXXIV. *MYRIOPHYLLUM L.*
 1225. *spicatum*. In Volhynia.
 1226. *verticillatum*. In Volhynia.
 CCCCXXV. *SAGITTARIA L.*
 1227. *sagittifolia*.
 Variat ratione loci. In siccioribus minor, vix pedalis. In aquis, erectae foliorum laciniae lineares natanti, folia oblonga, lobis brevibus.
 CCCCXXVI. *POTERIUM L.*
 1228. *Sanguisorba*.
 CCCCXXVII. *QUERCUS L.*
 1229. *Robur. Rarior*.
 1230. *pedunculata*.
 1231. *pubescens*. *MB. Fl. Taur-Cauc. T. II. p. 402.* In Pod. austral. *A.*
 De identitate hujus cum arbore austriaca nondum certus sum.
 CCCCXXVIII. *FAGUS L.*
 1232. *sylvatica L.* Rara in Volh. In Podolia.
 CCCCXXIX. *BETULA L.*
 1233. *alba*.
 1234. *pubescens*.
 1235. *fruticosa*. In Volhynia.
 CCCCXXX. *CARPINUS L.*
 1236. *Betulus*.
 CCCCXXXI. *CORYLUS L.*
 1237. *Avellana*.

MONADELPHIA.

- CCCCXXXII. *PINUS L.*
 1238. *sylvestris* In Volhynia.
 CCCCXXXI. *ABIES*.
 1239. { *rubra C. Bauh.*
 Pinus Picea Du Roy.
 P. Abies L. In Volh. rar.
 CCCCXXXIV. *BRYONIA L.*
 1240. *alba*.
 CCCCXXXV. *SICYOS L.*
 1241. *angulata*. Circa pagos ad sepes.

CLASSIS DIOECIA.

DIANDRIA.

- CCCCXXXVI. *SALIX L.*
 * Ovario villosa.
 * *Stylo brevi*.
 a, *foliis angustis*.
 α *amentis praecocibus*.
 1242. (*helix?*)
 (*monandra Hoffm.* In Volhyn.
 β *amentis coetaneis*.
 1243. *rosmarinifolia*. In Volhyn.
 1244. (*incubacea W.*
 (*depressa Hoffm.* In Volh.
 b *foliis latis*.
 1245. *acuminata Ser.* non *Smit-hii*. In Volhynia, quo ad folia. Amentum faeminea nondum vidi.
 1246. (*caprea*.
 (*tomentosa Ser.*
 (*aurita*.
 1247. (*rugosa Ser.*
 (*Starkeana W.*
 1248. (*Besseriana Host. in Lit.*
 (*malifolia. Prim. Fl. Gal. p. 313. n. 1194.*
 Non miror et *Cl. Hostium* hanc salicem ex descriptione *Willdenovii* in *Spec. pl. T. IV. P. II. p. 677.* data non cognosse. Comparatione solum plurium speciminum, cum planta silesiaca ab ipso auctore communicata tandem mihi clarum est, ambas esse unam eandemque speciem. Apparet vero modo cel. *Willdenovium* et ipsum *Starkium* nunquam hanc salicem in vigore vidisse. Amenta mascula tunc pollicaria, coetauca, nec quadrilinearia

serotina. Stipulae tuuc magna. Folia variant summopere et serraturis et forma: occurrunt et obovata basi cuneata!

** *stylo elongato.*

a. *foliis angustis.*

1249. *viminalis.*

1250. *undulata?* Faemina adhuc ignota.

b. *foliis latioribus.*

1251. *glaucophylla W. Art. In Polesie Ill. Boreyko.*

†† *Ovario glabro.*

* *stylo elongato.*

a *foliis latis.*

a *amentis serotinis.*

1252. *pentandra.*

** *Stylo brevi.*

a *foliis angustis.*

a *amentis praecocibus.*

1253. { *acutifolia W. in Podol.*
Dr. Fried.
pruinosa. Cat. H. Crem.
1816. p. 121.

Revoco hoc nomen triviale cum et aliis sit cortex pruinosis.

*** *Stylo brevissimo aut nullo.*

a *foliis angustis.*

a *amentis coaetaneis.*

1254. *triandra.*

1255. (*fragilis.*
pendula Ser.

1256. *Russeliana.* In Volhynia Ill. *Ratomski.*

1257. *alba.*

1258. *vitellina.*

Plures adhuc mihi plane dubias species non enumeravi.

S. riparia non est indigena hucusque.

TETRANDRIA.

CCCCXXXVII. VISCUM L.

1259. *album.*

PENTANDRIA.

CCCCXXXVIII. HUMULUS L.

1260. *Lupulus.*

OCTANDRIA.

CCCCXXXIX. POPULUS L.

1261. *alba.* In Voll. ad fluvios.

1262. *tremula.*

1263. *pannonica. Kit. Osokór ad Borysthenum.*

1264. *nigra.*

ENNEANDRIA.

CCCCXL. MERCURIALIS L.

1265. *perennis.*

CCCCXI. HYDROCHARIS L.

1266. *Morsus ranae.*

DODECANDRIA.

CCCCXLII. STRATIOTES L.

1267. *aloides.* In Volhyniae aquis stagnantibus.

MONADELPHIA.

CCCCXLIII. JUNIPERUS L.

1268. *communis.* In Volh. rarior.

CLASSIS CRYPTOGAMIA.

GONOPTERIDES.

CCCCXLIV. EQUISETUM L.

1269. *arvense.*

1270. *sylvaticum.*

1271. *limosum?* In Ucraina A.

1272. *pannonicum.* In Volhyn.

1273. *hyemale.*

STACHYOPTERIDES.

CCCCXLV. LYCOPODIUM L.

1274. *clavatum.*

1275. *annotinum.* In Volhyn.

CCCCXLVI. OPHIOGLOSSUM L.

1276. *vulgatum.*

CCCCXLVII. BOTRYCHIUM Sw.

1277. *Lunaria.*

FILICES.

CCCCXLVIII. POLYPODIUM L.

1278. *vulgare.*

var. ? *Stipite elongato ultra pedali, pinnis oppositis omnibus soris tectis.* Ex Ucraina A.

1279. *Phegopteris. Cremeneci.*

1280. *Dryopteris Cremen.*

CCCCXLIX. ASPIDIUM Siv.

1281. *Oreopteris.* In Volhyn.

1282. *cristatum* Spr. *Cremenei*
in sylvis humidis.

1285. *Spinulosum* cum priori.

1284. *Filix mas.*

1285. *Filix foemina.*

CCCL. *CYSTOPTERIS* Bernh.

1286. *fragilis.*

CCCCLI. *ASPLENIUM* L.

1287. *septentrionale.* In Polesie
et Ucraina A.

1288. *trichomanooides.*

1289. *Ruta muraria.*

CCCCLII. *SCOLOPENDRIUM* Sw.

1290. (*officinarum, Cremenei.*
Asplenium Scolopendri-
drium L.

Reliquos ordines huius classis
relinquo iis, quibus Dii plura fceerunt otia.

Cremenei die 8. Decembr. 1818.

*Enumerationis plantarum in Gubernio Volhynico
et Podolico hucusque observatarum. Continua-
tio I Complectens additamenta ad Partem I. seu
ad Classes XIII priores Syst. sex. Linnei ad
Annum 1819. usque.*

CLASSIS I.

CHARA vulgaris. nostra ob folia
articulationum filiformia obtusa,
adhuc dubia. Fructum nondum
mihi examinare licuit. Specimina
e fossis prope *Szepetyń* Circ. Dubn.
quidquam incrustata; alia e Circ.
Ostróg. differunt adhuc caulibus
magis elongatis.

CLASSIS II.

LIGUSTRUM L.

1291. *vulgare.* Huius in signem
varietatem legit *Andrzejowski* bac-
cis constanter dispermis ad *Tyram,*
et ad *Jaorlik.* Caeterum nulla no-
ta distingueudum a vulgari. Frutex
quandoque biorgyalis.

Varietatem hanc memorat et
baccæ iconem dedit *Fr. Schmidt*
in *Oestreichs allgemeiner Baum-*
zucht Tomo III. t. 147. f. c.

Veronica spicata. Nostra se-
cundum *Roem. et Schutt.* Syst.
Vegetab. foret dubia, ob folia cau-
lina manifeste petiolata et alia. at
videtur cl. auctores formas varias
plantæ maxime polymorphæ ninis
in species resolvisse. Retinuerunt
nomen *V. spicatae* pro planta sub-
alpina, qualem ex austriæ sub al-
pinis possideo. Nostræ ambigunt

inter illam *V. Clusii, menthaefo-*
liam et *Barrelieri.* Ultimam esse
varietatem *V. spicatae* asserit *Spreng-*
elius in mantissa II. ad *Floram*
Halensem p. I. quocum eo luben-
tius consentio cum nostra.

1292. *V. Barrelieri.* R. et *Schö-*
Syst. Veg. I. p. 94. n. 27 quam e
Podoliae australis apricis attulit in-
defessus *Andrzejowski.* Variat
α capsula glabra.
β capsula villosa.

γ flore maiore capsula ciliata
Inter formas varias *V. longi-*
foliae occurrit quoque.

1293. *V. neglecta* in Podol. austr.
Andrz.

1294. *V. elatior* MB. *Supplem.*
Fl. Taur-Cauc. p. 8. (ex autopsia
speciminum a celeberrimo auctore
mecum communicatorum) quam tam-
men diversam a *V. elatiore* *Willd.*
Enum. pl. h. r. berol. esse censeo.
Planta hortensis certe alia est.

1295. *V. foliosa.* In Pod. *Andrz.*
1296. *V. hederæfolia.* Prope Bo-
remel Circ. Dubn. legit *Mikulski.*
Circa *Sawrań* *Andrz.*

SALVIA sylvestris nostra est om-
nino *S. sylvestris* *Jacq. Fl. austr.* ex
descriptione vero *Vahl*i et Horti
Kewensis *S. nemorosa.*

1296. *S. betonicaefolia* Etl. *Willd.*
En. p. 43. Variat foliis caulinis ses-

silibus, radicalibus cordato-oblongis, basi aequali, inaequali et cuneata inter nervos medios. Hanc speciem attulit e Podoliae australioris campis *Andrz.* Eandem copiosam vidi in Gub. Chersonensi, a nemorosa tamen constanter altitudine maiori et spicis mutantibus diversa.

1297. *S. cremenecensis* foliis cordato-oblongis, acutis bicrenatis, subtus pubescentibus, caule simplicissimo, acutangulo, racemis florentibus cernuis mihi.

Planta affinis *S. nutanti*, ut caule aetangulo, racemis cernuis nec pendulis et foliis cordato-oblongis, nec cordato-ovatis aliisque sufficienter distincta. *S. hypanica* a *S. campestri*, quam tunc temporis nondum novi ex autopsia, specificè non est diversa: hinc hoc nomen illi substituendum.

S. dumetorum *Andrz.* videtur *S. pratensis*. var. *γ. Roem et Schult. Syst. veg. Vol. 1. p. 244.* et *S. agrestis* *Linn. Amoen. acad. III. p. 399.* quam serius neglexisse videtur. Mihi quoque videtur *S. campestem* mediante *S. dumetorum* conjungi cum *S. pratensi*. *L. B. Marschall a Bieberstein* hoc non admittit, asserens *S. pratensem* in *Tauria* et ad *Caucasum* non occurrere, cui tamen *Jll. Steven* contradicit. Cultura continuata solvet dubium.

1298. *S. austriaca*) *Lu Pod. austr.*

1299. *S. aethiopsis*) *Andrz.*

S. verticillatam foliis subtus hirsutis, supra sub incanis ad *Tyram* prope *Raszkow* legit *Andrz.*

CLASSIS III.

VALERIANA officinalis, hirsuta in saxosis ad *Hypanim.* *Andrz.*

1500. *VALERIANELLA* (*VEDIA*) *carinata* *Lois.* In *Pod. austr.* ad *Jaorlik.* *Andrz.*

Ibidem quoque lecta ab eodem.

1501. *V. olitoria* *L.*

CROCUS *L.*

1502. *C. Variegatus* *Hoppe* et *Hornschuh. C. reticulati* *MB. Flor. Taur-Cauc.* var. *β.*

In campis *Podol. austr.* Inter

Baltam et *Jaerlik*, atque circa *Sawrañ.* *Andrz.*

1503. *GLADIOLUS communis.* In *Pod. austr.* *AD.*

IRIS biflora nostra diversa a planta lusitanica videtur. *J. surcata* *MB. Flor-Taur. Cauc. Suppl. p. 42.* saltem eidem proxima.

1504. *J. flavissima* *Pall. et Jacquin.* Contradicit solum locus natalis qui nostrae in arenosis circa *Sawrañ*, nec in humidis (transbaicalensibus) et icon *Gmelini* in *Fl. Sibir. T. IV. f. 2.* ubi scapus nimis vaginatus depingitur. Affinitas vero *J. arenariae* summa.

1505. *J. Guldenstaediana.* var. *β* *MB. fl. Taur-Cauc. Suppl. p. 43. J. Ochroleuca* *MB. fl. Taur. Cauc. (except. syn. praeter Lepech).* Circa *Sawrañ* in graminosis. *Andrz.*

1506. *J. humilis* *MB.* Ad *Jaorlik* vulgatissima. *Andrz.*

CYPERI fusci varietatem viridescentem seu *C. virescentem* *Hoffm. Fl. Germ.* Legit circa *Sawrañ* in arenosis humidis. *Andrz.*

1507. *SCIRPUS maritimus* cum varietate minori. *Krokeri fl. Siles.* in *Podoliae* australis uliginosis et salinis. *Andrz.*

1508. *Sc. Holochoenus* ibidem.

CRYPISIS *H. Kew.*

1509. *aculeata* *W.*

1510. *schoenoides* *H. Kew.* cum varietate spicis oblongis pedunculatis.

1511. *Phalaroides* *MB.* Omnes in arenosis, salsis, circa *Sawrañ* et *Jaorlik.* *Andrz.*

* 1512. *ALOPECURUS nigricans* *W. En. Suppl.* forsan et *Hornemanni* etiamsi aristas dicit, glumis corollinis 2plo longiores. Omnino idem cum *A. sibirico* *Schottii* et eo ipso cum nigrescente *Jacquini* *Eclog.*

Aristae huius valdopere variant. In specimine hortensi arista vix $\frac{1}{3}$ glumae corollinae adaequat, in aliis integram, in spontaneis $\frac{1}{2}$ - $\frac{2}{3}$ superat. Spiculae demum nigricantes character huius speciei singularis.

Au *A. repens.* *MB. Supplem. p. 54.* quem *A. pratensis* varietatem muticam esse putavit in *Flora*

- ipsa *Taurico-Caucasica*, et quorsum citat *A. ruthenicum Weinmanni Cat. h. Dorpat 1810. p. 10.* fide speciminis horti Dorpatensis sit idem cum nostro, an diversus vix decidere audeo. Conveniunt omnino radice repente, habitu, calyce, arista, longitudine, variabili, et nigrescentia spicularum deffloratarum. (de hoc characterē *L. B. MB.* silet planē). Differt vero (fide speciminum *A. nigricantis s. sibirici* ab ipso b. *Schottio* et *A. ruthenici* et seminiibus ab amicissimo *Weinmanno* tunc adhuc Dorpati degente), gluma corollina, oblongo-lanceolata, calycem superante, aut saltem illi aequali, quae evidentē brevior, oblique truncata in *nigricante*. Circa *Baltam* et *Kunam. Andrz.*
1313. *A. agrestis* L. ad Jaorlik. *Andrz.*
1314. *PHLEUM nodosum* W. *Philpratensis. Var. β Smith.* Culmi 4 pedales, paniculae 2-4 pollicares In sylvaticis *Sawranicis Andrz.*
1315. *Panicum germanicum.* Inter ægetes prope *Sawrañ*, ubi non colitur. *Andrz.*
1316. *HOLCUS repens* Schk. et *MB. Fl. Taur-Cauc. T. II. p. 430. H. borealis Schrader Fl. Germ. p. 252.* In Pod. austr. frequentissima. Sicca spargit odorem *Anthoxanthi odorati. Andrz.*
1317. *POA maritima* Schrad. In salsis *Sawrañ. Andrz.* Ibi quoque legit
1318. *P. distantem.*
1319. *P. versicolor.* mihi. Elegantem hanc speciem, jam ante plures annos *L. B. MB.* legit circa *Carmenecum* Podolicum, et nomine *P. rupestris* distinxit: cum vero eodem nomine jam alia species nota sit, hoc nomine insignivi.
- P. panicula* (magna) subnutante patula, spiculis lanceolatis 5 floris, flosculis basi lanatis, distantibus, 5 nervibus, versicoloribus, culino vaginisque scabriusculis, ligula oblonga, radice fibrosa. Mihi. Perennis caespitosa Flosculi virides, a medio violaceae, apice
- scariosi, spadiceae. Prope Jaorlik. *Andrz.*
- BECKMANNIA Host.*
1320. *erucaeformis* L. In salsis Pod. austr. *Andrz.*
1321. *FESTUCA stricta* Host. In apricis *Cremeneci.*
1322. *BROMUS angustifolius. MB. B. erectus Sm.* In Podolia austr. *Balta* ad *Raszkow. Andrz.*
1323. *Br. sterilis* cum priori. Idem.
- SECALE L.*
1324. *cereale* quasi spontaneum in campis desertis circa *Sawrañ. Andrz.*
1325. *fragile MB. Suppl. p. 93 Andrz.* in arenosis circa *Sawrañ.*
1326. *HORDEUM murinum.* In Pod. austr. *A.*
- AGROPYRON, Gärtn.*
1327. *A. cristatum* L. Haec species ardue distinguenda ab insequente.
- Priori radix fibrosa, alteri subrepens. Varietates illius videntur.
- a *A. c. ciliatum*, calycibus solis ciliatis.
- β *A. c. hirsutum*, calycibus ciliatis, spiculis hirsutis. T. imbricatam *MB.* Mecum consentit quoque *Gärtner. In nov. Comment. petrop. XIV. p. 540.* In campis Podol. austr. *Andrz.*
1328. *A. pectinatum MB.* In saxosis ad *Tyram* Podol. austr. *A.*
1329. *TRITICUM rigidum* prope *Sawrañ.* Improprie T. hoc *L. B. MB.* refert cum *T. intermedio Host. ad T. junceum L.* quod e Germania boreali possideo.
- Trit. repens* sub hoc latent tres varietates, aut si mavis species, scilicet
- T. subulatum Schreb.*
1330. *T. dumetorum Honkeny,* et *T. Vaillantianum Schreb.*

CLASSIS IV.

1331. *SCABIOSA transylvanica.* Prope Jaorlik, et *Raszkow. Andrz.*
1332. *S. ucranica.* In Ucraina *Jll. Steven et Andrz.*
1333. *ASPERULA tyraica,* foliis

octonis linearibus, lateribus revolutis strictis, subtus glaucis, caulibus erectis, teretibus, panicula oblonga, corollis campanulatis mucronatis, mihi.

Variat? caule inferne et foliis subtus hirsutis. Flores albi, praecociores quam *A. galioidis* ad Tyram. *Andrz.*

1334. *A. supina* MB. In Podol. austr. *Andrz.*

1335. *GALIUM rubioides*. In sylvaticis prope Sawrań copiosissimum. *Andrz.*

G. verum, variat:

α caule superne pubescente.

β caule et foliis glabris, gemminibus et apicibus ramorum pubescentibus. *γ*. caule, ramis, foliis, pedunculis, gemminibusque pubescentibus. Ab hoc distinguo

1336. *G. mutabile*. caulibus glabris, diffusis, floribus maioribus primo flavicantibus, demum in pallidum et album transeuntibus, pedunculatis gemminibusque glabris. folia uti in *G. vero* tamen quandoque latiora.

In Podol. austr. frutes. *Andrz.*

1337. *G. ruthenicum* W. prope Raszkoŭ *A.*

G. sylvaticum nostrum (nequam confundendum cum planta huius nominis in Primitiis Florae Galliciae descripta, quae est *G. intermedium* Schult.) fert folia viridia, anguste lanceolata, caulem subtetragonum et pedicellos minus capillares quam austriacum, a quo tamen vix specie distinguendum.

CENTUNCULUS.

1338. *minimus* L. Inter segetes Creineneci.

1316. *PARIETARIA lusitanica*. Circa Raszkoŭ in saxosis. *Andrz.*

1340. *CUSCUTA lupuliformis* Krock. In Pod. austr. *Andrz.*

CLASSIS V.

HELIOTROPIMUM

1341. *europaeum* L. Jaorlik inter segetes. *Andrz.*

MYOSOTIS arvensis. Sub hoc nomine duae latent species, quae

ut varietates solum distinxi in *Prim. Florae Galliciae*

maior, quam *typum* species esse putavi, est *M. arvensis* Roem. et Schult *Syst. veget. Vol. IV. p. 103.* et *Lehmanni asperifoliae* p. 90. n. 17. (ex priori opere). *M. intermedia* Link (Fide speciminis silesiaci a cl. Günthero. In *Syst. veget. nulla tamen mentio huius speciei*).

1342. *minor* est *M. arvensis* Smith. *Compend. Fl. Brit.* in quantum ex definitione (*M. racemis ebracteatis, pedicello infimo axillari remoto*) patet. Quorum referenda secundum *Lehmannum*, in dubio haereo. Definitio *M. versicoloris* Lehm. (*M. foliis lanceolatis, obtusiusculis hirsutis, racemis ebracteatis, pedicellis in fructu erecto-patentibus, calyce 5 fido acuto clauso brevioribus, limbo patente, brevior. Asperifol. p. 93. n. 72.* quam definit *Smithius* (*M. racemis pedunculatis ebracteatis, setis calycinis patentibus aduncis*) non excludit nostram plantam, etiamsi vera *M. versicolor*, quoque a Günthero mecum communicata, omnino quadrans in definitionem et *Smithii* et *Lehmanni* sit alia: Definitio vero *M. versicoloris* *Smithii* non excludit priorem.

1343. *LITHOSPERMUM dispernum* MB. In Podolia australi. *A.*

ANCHUSA ochroleuca. Variat floribus coerulescentibus et roseis. *Andrz.*

1344. *A. angustifolia*. In Podolia *Andrz.*

1345. *PULMONARIA mollis* Wolff. in Roem. et Schult. *Syst. veg. Vol. IV. p. 53.* In Podoliae occidentalis nemorosis.

1346. *SYMPHYTUM tauricum*. W. En. P. I. p. 183.

S. orientale. MB. *Fl. Taur-Cauc. et Suppl. p. 129.*

S. bullatum. Jacq. *Eclogae, Fasc. IX. p. 119 t. 81.* (excluso tamen *S. bullato* Hornem. *Cat. h. Hafn.* sub quo nomine aliam colorem in horto plantam). In nemorosis Pod. austr. *Andrz.*

1347. *CERINTHE maculata* MB. substituenda est ipsi maxime affinis. *A. acuminata* W. et K. In Podol. austral. lapidosis *Andrz.*
1348. *ONOSMA tinctorium* MB. 1359 *A. microsperma* W. et K. In campestribus extra Human ipse In salsis *Sawran.* copiosissima. A. 1816. In Podolia austr. *A. Andrz.*
1349. *O. arenarium* W. et K. In 1360. *ULMUS alba* Kit. in *Schult. Oester. Flora I. Th. p. 466.* In Pod. austr. apricis. *Andrz.* In sylvis prope Kublicz. Circa Haysyu Pod. *Andrz.*
1350. *Arguzia* L. *TOURNEFORTIA Arguzia* Roem. et *Schult. Syst. veg. t. Vol. IV. p. 540.* *BUPLEURUM* (*ISOPHYLLUM Hoffm.*) *falcatum*. E *Tyskożank* ab *Andrz.* allatum ad rivum Jaorlik; differt seminibus multo minoribus, costis minus alatis habituque strictiore.
- Nostra differt ab icone *Gmelini* (in *Flor. Sibir.*) et a specimine deserto Cumano, corymbis breviter pedunculatis, foliis confertioribus obtusioribusque, quod tamen soli effectus esse potest. In salsis prope *Sawran* *Andrz.*
1351. *ANDROSACE maxima*. In saxosis ad rivum Jaorlik. *Andrz.* 1361. *J. junceum* MB. *Fl. Taur. Cauc. T. I. p. 204.* asserente *Jll. Steveno* ex autopsia speciminis. Planta revera et *L. B. MB.* adhuc dubia uti ex *Suppl. p. 197.* apparet. Prope *Kamenecum* et *Mohylow.* *Andrz.*
- CONVOLVULUS arvensis*. Variat β , pedunculis bifloris, foliorum lobis dentatis et corollis in fundoliteratis.
- γ , pedunculis multifloris subcorymbosis, staminibus calyce vix longioribus. In Podolia austr. *A. et in Volhynia.*
1352. *C. lineatus*. In Pod. austr. prope Jaorlik. *Andrz.* 1362. *TORILIS microcarpa*. Involucris polyphyllis, involucrellis, umbellulis longioribus, seminibus ovatis, aculeolis brevissimis incurvatis. Styliis subreflexis, foliis decompositis, foliolis lineari-lanceolatis, pinnatifido-incisis. Mihi. In Pod. austr. *Andrz.*
1353. *CAMPANULA Rapunculus* L. In Ucraina et Podol. austr. *Andrz.* *BUNIUM* L. 1363. *B. luteum*. *MB. Supplem. p. 207. Hoffm. Umbell. Ed. 2. vol. I. p. 108.* Circa *Batani.* *Andrz.*
1354. *VIOLA campestris* MB. In Pod. austr. campis. *Andrz.* 1364. *CONIUM croaticum* Kit. Quo ad semina ab *Andrzejow.* Podolia allata.
- V. hirta*. Variat flore albo. *A. p. 164.* In Podoliae austr. nemorosis. *Andrz.* 1365. *ATHAMANTHA sibirica* W. e Podolia austr. et Ucr. *Andrz.*
- V. odoratae* occurrit quoque varietas in nemorosis Podoliae australis, quam ab *Jll. Steveno* sub titulo *V. odoratae* var. β , e *Tauria* in horto colo, cuius mentionem facit *L. B. MB. in Suppl. p. 163.* Distincta primo intuitu petalis a basi ad medium fere albis.
- LYCIUM* L. 1366. *P. arenarium* W. et K. Prope Jaorlik cum precedente. *Andrz.*
1356. *L. barbarum*. In rupibus calcareis prope *Raszkow.* *Andrz.* 1367. *SILAUS* mihi, *S. alpestris* W. (*Peucedanum*) *P., Silaus* MB. *Fl. Taur-Cauc. Cnidium Silaus.* MB. *Suppl. p. 212.*
- VITIS* L. Est saltem eadem planta, quam *Peuc. alpestris* sub nomine a *cel. Sprengelio* e horto *Halensi*, in nostro horto colo: etiamsi mirum est plantam alpestris in campos apricos Podoliae australis, *Gub. Cher-*

sonensis (ibi legi A. 1816.) et Caucasus xulasse.

FERULA nodiflora nostra, omnino sub *Ferula* huius nominis Fl. Taur-Cauc. militans, a qua nuperime Jll. *St. ven.* tauricam separavit, distincta a planta occidentaliori est species, quam *F. campestrum* appello, atque desino F. foliorum pinnis internodiis multo longioribus, foliolis oppositis, linearibus cauliculatis mucronatis margine cartilagineo-serrulatis, decussato-appendiculatis, seminibus oblongis, utrinque emarginatis, costis simplicibus (*F. nodiflora*, quam in Galicia legit Dr. J. Kosiński, erit definienda: F. foliorum pinnis inferioribus internodiis multo longioribus, foliolis oppositis linearibus, planis, acutis, decussato-appendiculatis, seminibus obovato-ellipticis submarginatis, costis simplicibus. Semina huius plus $\frac{1}{3}$ parte minor).

1568. *F. sylvatica*, mihi.

F. foliorum pinnis inferioribus, internodiis brevioribus, foliolis suboppositis setaccis cuspidatis, appendiculatis, seminibus obovatis, costis tristriatis, mihi. *F. myriophylla* MB. in *lit. Peucedanum officinale* Prim. Fl. Gal. et Cat. plant. h. bot. Crem. a. 1816. In pratis sylvaticis Volhyniae et Podoliae.

BERULA Hoffm. in Lit.

1569. *B. lancifolia*. MB. *Suppl. p. 230.* sub *Sio*.

Planta habitu nimis affinis **DREPANOPHYLLO palustri**, seminibus vero adeo diversa, ut omnino separari debeat. In paludosis Volhyniae. *Andrz.*

CEREFOLIUM Haller.

1570. *C. trichospermum* Schult. Oestr. Fl. I. Th. p. 504. sub *Chaerophyllo*. In Podoliae australis nemorosis. *Andrz.*

1571. **SESELI peucedanifolium** mihi.

S. foliis triternatis, foliolis linearibus lanceolatis nervosis confluentibus, vaginis truncatis, involuclis connato-monophyllis, ramis

caule altioribus, seminibus tuberculato-pubescentibus, mihi.

Affinis *S. leucospermo* W. et K. at praeter seminum structura foliolis lanceolatis more peucedanica nec linearibus revera distinctum. E Podol. austr. a Baſta usque Raskow. *Andrz.*

1572. *S. glaucum* L.

In campestribus, saxosis prope Krasnenki ad Hypanim. *Andrz.*

1573. *S. campestre* mihi.

S. pinnulis linearibus, basi confluentibus, vaginis oblongis, obtusis, caule rigido, superne ramoso patulo, involuero universalis subpolyphylo, seminibus pubescentibus, mihi.

Fructus teres, elliptico-oblongus, griseus. In campestribus inter Sawrań et Krasnenki. *Andrz.*

1574. *S. tortuosum* L. Fructus huic subrotundo-ellipticus, albidus subfarinosus. In Ucraina et Podolia australi a Mohilow et Kuna incipiendo. *Andrz.*

TRAGIUM Spr.

1575. *T. Columnae* Spr. *Pimpinella* *Tragium*. MB. et *Linnei* Planta quo ad foliorum incisuram, quam maxime polymorpha. In Podolia australi. *Andrz.*

PHARNACEUM L.

1576. *Ph. cerviana*. In Podolia austr. *Andrz.*

STATICE L.

1577. *latifolia*. Inter Baſtam et Raskow legit primo D. Chrzyszczewski, demum. *Andrz.*

1578. *S. Scoparia*, cuius duae occurrunt varietates, foliis oblongis et obovatis a Sawrań ad Raskow. *Andrz.*

1579. *S. tatarica*. Inter Raskow et Jaorlik. *Andrz.*

1580. *S. graminifolia?* Inter Mohilow ad Tyram, Jaorlik et Baſtam. *Andrz.*

1581. **LINUM tenuifolium**. MB. In Podolia australi ad Tyram et Jaorlik.

1582. *L. tauricum*. W. *En. P. I. p. 339.* a L. caupannato non esse diversum sustinet. L. B. MB.

in *Suppl.* p. 254. In Podol. austr. argillosis apricis cum priori. *Andrz.*

CLASSIS VI.

1583. *ALLIUM guttatum*. *Steven*. Dec. plant. nondum descriptarum Iberiae et *Ross. merid. in Mem. de la So: de natur. de Mosc. T. II. p. 173. t. XI f. 1.* Ad Jaorlik circa Kosy. *Andrz.*

1584. *A. Ampeloprasum*. *Kit.* Persan sola varietas latifolia *Arotunli*. In Pod. ad Tyram. *Andrz.*

1585. *A. carinatum?* Ucran. et Podol. *Andrz.*

1586. *A. Scorodoprasum*. In Pod. *Andrz.*

1587. *A. flavum*. *MB. Fl. Taur-Cauc. T. I. p. 263. (exclus. synonym. Botan. Eur. occid.) In suppl. p. 258.* affirmat solo colore florum differre ab *A. flavo Jacquini* et aliorum: at color constans cultura. In Podol. austr. *Andrz.*

1588. *A. moschatum*. *MB. Flor. Taur-Cauc. T. I. p. 263.* In graminosis Pod. austr. *Andrz.*

TULIPA L.

1589. *T. sylvestris*. *MB. Flor. Taur-Cauc. P. I. p. 270. (exclus. synonym.)*

Hanc esse distinctam speciem asserit quoque *Jll. Steven.* Stamina hinc subulata. In Pod. austr. *Andrz.*

1590. *ORNITHOGALUM erubescens* mihi. Foliis lineari-canaliculatis, spathis pluribus; floribus congenerum minimis, petalis acutiusculis, umbella multiflora, pedunculis subramosis; distinguendum ab affinis. In Podolia australi. *Andrz.*

1591. *O. villosum*. *MB. Flor. Taur-Cauc. T. I. p. 274.* In Pod. austr. idem.

1592. *O. umbellatum*. *Ibidem Andrz.*

1593. *O. nutans*. In umbrosis, saxosis ad *Hypanim* Krasnenki. *Andrz.*

1594. *ASPARAGUS verticillaris*. *W. et MB.* Circa Jaorlik et alibi. *Andrz.*

1595. *MUSCARI ciliatum* *Cyrilli*

et *MB.* In hoc capsulae, locula 5 sperma. Ad Jaorlik. *Andrz.*

1596. *JUNCUS capitatus* *Weig.* *Cremeneci* inter segetes.

1597. *LUZULA albida*. In Podoliae nemorosis. *Andrz.*

BEREERIS vulgaris varietatem? racemis brevioribus, minus pedunculatis, obtusioribus, legit ad Tyram *Andrz.*

1598. *TRIGLOCHIN maritimum*. In Podolia occidentali. *Andrz.*

CLASSIS VIII.

1599. *ACER austriacum* *Trattinik* in *Schult. Oestr. Fl. I. Th. p. 602.* In sylvis rariis Volhyniae, frequentius Podoliae.

1401. *POLYGONUM neglectum* mihi. *P.* floribus 7octandris, trigynis. subspicatis, foliis lanceolatis, ochreis laceris, internodiis brevioribus, caulibus diffusis patentibus ramosis, mihi.

Promiscue cum *P. aviculari* in cultis crescens. Caule ad pedem usque elevato, foliis angustis, floribus purpurascensibus, et seminum forma distinctum a *P. aviculari*. *P. avicularis*. var. *MB. Fl. Taur-Cauc. T. I. p. 303.*

1401. *P. patulum* *MB. Flor. Taur-Cauc. T. I. p. 304.* Omnino idem cum *P. Bellardi* e horto *Landishutano* a cl. *Schultesio* mecum communicato. E Pod. austr. *Andrz.*

CLASSIS X.

RUTA L.

1402. *R. linifolia*. Circa Jaorlik et ad Tyram circa Rasków. *Andrz.*

TRIBULUS L.

1403. *T. terrestris*. In sabulosis et sterilibus Pod. austr. *Andrz.*

1404. *PYROLA chlorantha*. *Sw. (asarifolia Mich.) Cremeneci* in sylvaticis elatis.

1405. *GYPSOPHILA collina*. *Stev. mss?* *G. Struthium* affinis, ad Jaorlik et Rasków. *Andrz.*

1406. *BIANTHUS pseudarmeria* Fl. Gal. P. I. n. 565. In Pod. austr. MB. ad Jaorlik. *Andrz.*

1407. *D. polymorphus*. MB. Circa Sawrań. *Andrz.* 1424. *E. virgata*. W. et K. In Pod. austr. A.

1408. *D. campestris*. MB. et

1409. *D. guttatus*. MB. Circa Jaorlik et ad Tyram. *Andrz.*

1410. *D. bicolor*. MB.

Huius speciei occurrit ad Jaorlik prope Kosy varietas, calycibus cylindricis ultra pollicem longis, squamis membranaceis marginatis *Andrz.*

1411. *D. pomeridianus* Sm. et MB. cum priori. Idem.

TAMARIX L.

1412. *T. germanica*. L. Circa Sawrań. *Andrz.*

1413. *SILENE supina*. MB. Prope Jaorlik ad Dubowa. *Andrz.*

1414. *S. saponariaefolia* Schott Junior *Monogr. Silen. in ed.*

Affinis *S. inflatae*. Cum priori et ad Tyram. *Andrz.*

1415. *STELLARIA subulata*. W.

Ex autopsia speciminis a b. *Willdenowio* cum L. B. MB. communicati. Ceterum nimis affinis *St. graminifoliae*.

1416. *ARENARIA Cephalotes*. MB. et

1417. *A. rigida*. MB. Circa Kosy. Pod. austr. A. Priorem in Gub. Cherson. ipse 1816.

1418. *A. setacea*. Thuill. Etiam si *Persoonius* in *Syn. pl.* subjungit hanc *A. heteromallae*, attamen tentatus sum eam qua speciem distinguere; caules enim sunt stricti, folia magis filiformia et flores minores. Ad Tyram et Jaorlik. *Andrz.* In Gub. Cherson. ipse 1816.

1419. *A. glomerata*. MB. cum priori. *Andrz.*

1420. *SEDUM sexangulare*. In Podoliae saxosis. *Andrz.*

1421. *CERASTIUM rotundifolium?* In Podol. austr. *Andrz.*

CLASSIS XI.

1422. *RESEDA mediterranea*. In Pod. austr. *Andrz.*

1423. *EUPHORBIA gracilis*. MB. *Suppl. p. 324.* E. segetalis. *Prim.*

CLASSIS XII.

1425. *AMYGDALUS campestris* mihi. *A. Besseriana* (Schott.) in *Catalogo plantarum venalium Jos. H-ld. Vindeb. 1818.* Ignoro unde haec Amygdali species allata fuit; suspicor tamen illam provenire e Podolia australi. Exteris botanicis omnino ignota fuit. Affinis valde prope *A. nanae*, attamen habitu pro-

feriore, foliis latioribus, calycis tubo laciniis vix longiore, petalis albis, stylo ultra $\frac{1}{3}$ nudo et forma unciis diversa.

1426. *PRUNUS Mahaleb*. In Pod. ad Tyram. *Andrz.*

MESPILUS Cotoncaster, noster *Cremenecensis* fert pyrenia nigra. An specie distinguenda, cultura et

ulterior observatio evincet.

1427. *SPIRAEA oblongifolia*. W. et K. In elatis *Cremeneci*.

1428. *Sp. pikoviensis* mihi.

Sp. foliis cuneato-lanceolatis obtusis, rarius cuspidatis, apice inaequaliter serratis triplinerviis, corymbis pedunculatis, mihi.

Circa *Pikow* in Pod. legi A. 1816. Affinis *Sp. Chamaedryfoliae* etc.

1429. *Sp. crenata*. L. Prope Jaorlik et ad Tyram. *Andrz.*

Rosarum balsamicae et glandulosae, nomina specifica in *Catalogo h. bot. Crem. A. 1816. p. 118.* mutavi, cum hisce nominibus a b. *Willdenowio* aliae jam species in *Supplem. ad Enum. pl. h. r. berol.* sunt insignitae. Priorem in memoriam primi Botanici systematici Poloniae Rev. *KLUKII* appello R. *Klukii*, alteram vero in honorem Reverendissimi *JUNDZILL* Prof. P. O. Zool. et Bot. in Universitate Imper. Viluensi Terminologia botanica polonica et operibus suis scientiam amabilem propagando optime meriti R. *Jundzilli*.

De Rosis *Friedlaenderiana*, *Kosińskaiana*, *Ratomskaiana*, quas in

catalogo seminum A. 1819. divulgavi, in continuationibus sequentibus disseram, cum omnes indigenas repetito subjeci examini, comparans eas cum britannicis *Woodsii*.
 1430. *RUBUS corylifolius*. Sm. In humidis Cremenezi.

CLASSIS XIII.

PAPAVERIS dubii varietatem *albifloram* legit Andr. in Podol. austr.

1431. *TILIA alba* *pannonica*. Ad Tyram inter Rybnica et Raszków. Andr.

HELIANTHEMUM prius enumeratum est *H. obscurum* Pers. Syn. sed et eius.

1432. *H. vulgare* occurrit ubique in apricis.

1433. *DELPHINIUM cuneatum* Stev. in *De Cand. Syst. Regn. veg.* In campis Ucrain. et Pod. austr. Andr.

PULSATILLA patens variat flore intus albido.

1434. *P. pratensis*. Haec mirum in modum variat magnitudine et colore corollae et quidem;

a. minor. α flore pullo.

β flore intus albido. *A.*

pratensis minor Prim. Fl. Gal. P. I. (confer. nota in P. II. p. 394) *intermedia* Schult. observ. quam De Candollus improprie citat ad *A. pulsatillae* varietates.

b. maior. α flore pullo.

β . intus viridi. P. versicolor. Andr. in *Suppl. m. s. Cat. h. b. Crem. 1818.*

γ . intus purpurascente.

δ . intus violaceo.

In Ucraina et Pod. austr. campis. Andr.

CLEMAT. integrifoliae variet. *grandifloram* legit idem in Pod. austr.

1435. *THALICTRUM minus*.

1436. *ADONIS volgensis*. De Cand. *A. vernalis* var. minor. MB. *Flor. et Suppl. p. 379.*

A. Marschalliana. Andr. in *Suppl. m. s. ad Cat. h. b. Crem. 1818.*

Circa Kosy ad Jaorlik. Andr.

1437. *A. autumnalis* L. ad Tyram circa Jaorlik. Andr.

1438. *RANUNCULUS pedatus*. W. et K et

1439. *R. illyricus* L. Kosy ad Jaorlik legit. Andr.

Cremenezi Calendis Julii 1820.

FINIS CONTINUATIONIS Imae.

CONTINUATIO II. sistens additamenta et correctiones ad Enumerationis plantarum per Volhyniam et Podoliam observatarum Partes ambas et ad continuationem I, ab anno MDCCCXIX in MDCCCXXI usque.

CLASSIS I.

MONOGYNIA.

CCCCLXXVI. SALICORNIA L.

1440. S. herbacea L.

Huius varietatem a *Suppl. Florae Taurico-Caucasicae* p. 1. erectam parum ramosam in inundatis salsis Odessae legi a. 1816.

DIGYNIA.

CCCCLXXVII. HALOCNEMUM MB.

Suppl. p. 3

1441. H. *Strobilaceum* Pall. (*Salicornia*).

In inundatis salsis extra molam alatam versus lacum salsum septentrionalem (v. Limani dicti) Odessae legi.

CLASSIS II.

MONOGYNIA.

Pag. 39 ante n. 1292 (*Veronica Barrelieri*) loco: „*consentio cum nostra*“ lege: „*consentio, cum nostra*“

Ibidem lin. 4. inferius loco: „*Andrzejowski*“.

Variat“ lege: „*Andrzejowski, variat*“

Ibidem lin. 4 inferius: „*Inter formas varias V. longifoliae occurrit quoque*“ (Punctum delendum) transferatur post n. 1293 immediate ante n. 1294 *V. elatiorem* MB. quam Jll. *Steven* aequo pro diversa specie agnoscens vocat *V. oxyphyllam*.

1442. *V. confusa* Roem. et *Schult. Syst. veg. vol. I. p. 95?*

Huc refero specimen ab *Andrzejowsco* ad *Tyram* lectum, etiamsi non omni ex parte congruat cum descriptione l. c. data. Caulis

nostrae est ascendens, cum spicis bipedalis, teres pubescens. E tribus infimis conjugationibus approximatis, ramulos emittens breves quasi caespitem format. Folia opposita, infima longe petiolata, petiolis foliorum rameorum sesquipollicarium fere bipollicaribus, media breviter petiolata, in petiolum decurrentia, summa sub sessilia; omnium vero petioli sunt marginati, canaliculati atque carinati. Folia ipsa bipollicaria et ultra, oblongo aut ovato-lanceolata, plus minusve acuta, basi subcordata, rotundata, aut cuneata, margine modo versus basin solum, modo medio, apice et basi exempta, plus minusve regulariter crenato, aut si navis obtuse serrato. Summa sunt omnino, infima vero subintegerrima. Omnia utrinque leviter pubescentia, pilis brevibus patulis. Conjugationes sunt foliis breviores, etiamsi sat remotae. Caulis terminatur spicis pluribus subaequalibus e summis conjugationibus. Flores infimi sunt remoti, bracteis foliosis stipati. Reliquae bractee lanceolatae calycem subaequant, uti folia pubescentes, margine, cum calycibus inaequalibus ciliatae. Corolla profunde quadrifida, fauce pilosa, caerulea, laciniis omnibus lanceolatis acutis, summa latiore, tribus flexis. Capsula (immatura) obcordato-subrotunda, calyce (tunc) adhuc multo brevior, superne sutura longe ciliata.

Non est *V. hybrida* (saltem non cl. *Baumgarteni Enum. Stirp. M. P. Transylv. 1. p. 19*) ob flores fere sessiles (quos mox citatus auctor dicit, pedunculis calyce 3 s. 4plo longioribus) nec *V. crassifolia* *Kit. Roem. et Schult. Syst. veg. Vol. I. p. 96*. cui capsula

pubescens et corollae lacinae con-
torae, nec *V. ruthenica* Schott.
l. c. cuius capsula glabra et calycis
lacinae ovato-oblongae.

1445. *V. montana* L. In mon-
ticulis versus Podliscie Cremeneci.
CCCCLXXXVIII. GRATIOLA L.

1444. *G. officinalis* L. In fossis
ad viam inter Torszow et Kowel
in Volhynia ultimis maji vidi flo-
rentem.

CLASSIS III.

MONOGYNIA.

P. 4. n. 42. loco „Valerianae
altissimae Mikan” lege *V. exaltata*
Mikan jun.” dein „*V. altissima*
(Schott.) II. Vindeb.”

1445. *Crocus reticulatus* MB.
var. *α*.

Inter combos allatos ab *Andrzej-*
owszco e Podolia australi, quos
desolatos collegit, et hiece vere
elapso prima vice floruit.

1446. *Iris pumila* MB. *Fl. Taur-*
Cauc. T. I. p. 30 variet. *β* corollis
ochroleucis, laciniis deflexis ma-
cula livida notatis. In siccis elatis
prope *Jaortik. A.*

1447. *J. bohémica* Schmidt. *Fl.*
Bohem. n. 303.

Haec differt ab affinis (bifurca
MB. et hungarica *W.* et *K.*) prae-
primis germine inter spatulas ses-
sili. In graminosis elatis *Creme-*
neci.

P. 5. n. 57. loco „*Eriophori va-*
ginati” lege, si mavis: *E. caespi-*
tosum Host.

1448. *E. angustifolium* Roth.
In paludosis frequens.

1449. *Cyperus fuscus* L.

1450. *C. flavescens* L.

1451. *C. pannonicus* Jacq. In
humidis prope pontem regium *Cre-*
meneci.

CCCCLXXXIX. NARDUS L.

1452. *N. stricta* L. In pratis
udis *Cremeneci* versus *Ludwische.*

DIGYNIA.

P. 5. post n. 69 (*Agrostis vul-*
garis) insere *n. 83. 84. et 85.* errore
typographi illuc locatos.

1453. *A. diffusa* Host. In pra-
tis humidis *Volhyniae.*

P. 5. n. 92. Meliniae caeruleae
(*Melica caerulea* Roem. et *Schult.*

Syst. veg. Vol. II. p. 528 et
Enodium caeruleum L. c. p. 531)

possidemus ambas varietates mi-
norem et maiorem.

Ibidem *n. 104. Poa fertilis* Host.

Hujus varietatem singularem
possideo locustis bifloris, interjecto
rudimento pusillo stipitato flosculi
tertii. Nec deest *n. bis.*

P. Serotina Ehrh. quam *And-*
rzeziowszcius in Podolia legit.

Haec occurrit et ligula nulla et
abbreviata truncata. Caeterum non
distinguenda a priori. Variat et

haec locustis bifloris, interjecto
rudimento tertii flosculi et quadri-
floris.

P. 41. n. 1317. Poa maritima,
adhuc dubia et fors. *P. distantis*
specimina maiora nondum floren-
tia.

Ibidem *n. 1321 Festuca stricta*

nostra, quam a *F. vallesiaca* Gaud.

non differre *L. B. Marschall* a
Bieberstein in lit. monet secundum

specimen a *b. Roemero* cum eo
communicatum, differt in eo solum

specimine austriaco *F. strictae*
b. Schottii in meo herbario con-

servato, quod folia sint quidquam
magis glauca et scabra, culmi su-

perne et rachis evidentius scabra
et tota panicula glaucior. Caete-

rum monente cl. *Seringio* *F. val-*
lesiaca non differt a *F. cinerea*

Vill. quam ad *F. strictam* s. *F.*
intermediae var. *α* citant cl. edito-

res *Syst. veg. p. 716.*

1454. *F. vaginata* Kit.

A specimine bannatico cl. *Ro-*
chellii solum panicula magis cin-

ereo-violacea differt. Caeterum mo-
net idem eam secundum cl. *Ho-*

stium non differre ab ejusdem *F.*
amethystina. Attamen specimen

vindebonense *Festucae* hujus a cl.
Trevirano mecum communicatum

diversum est locustis minoribus,
flosculis brevioribus, magis tur-

gidis.

P. 5. n. 111. *F. glaucae* occurrunt quae varietates β locustis manifeste ciliatis et γ villosis, quae rariores sunt in *Volhynia*.

P. 6. n. 114. Mea dubia circa *F. prat. usen* (confer *Prim. fl. Gal. P. 1. p. 96. n. 126*), nondum sunt soluta. Observo fil. sculos *F. elatioris* inferiores esse $\frac{1}{2}$ longiores quam illi alterius, rachimque magis hispidum.

1455. *Elymus sabulosus* MB. In sabulosis ad Pontum Euxinum Odessae. A.

1456. *E. striatus* W. Ad hunc spectat descriptio p. 302. n. 132 data, quae vero in eo corrigenda, quod sunt constant. locustae duae sessiles, quarum flosculus alter est pedicellatus. Casu certe accidit, carente flosculo pedicellato unius locustae, alterum qua intermedium inter ambas locustas me vidisse putasse. Nulla nota a planta horten. differt.

P. 4. n. 1327. *Agropyron cristatum*. Characteribus varietatis α adde adhuc; folia supra esse hirsuta. Praeterea inter α et β intercedit adhuc specimen peristachyo et flosculorum gluma exteriori superne ciliata, foliis vero minus hirsutis. Aequae e *Podolia australi*. A.

1457. *A. pectinatum* MB.

Huic radix subrepens, spica ovato-oblonga, aut elliptica, praecedente saepius plus duplo major. Datur hujus varietas culmo superne pubescente; aliam colo in horto locustis hirsutis.

Praeter ibidem n. 41. enumeratas varietates *Tritici repentis* L. possidemus adhuc sequentes: α *hirsutifolium* Hall. β *subulatum* Schreb. glaucum. (*T. repens a glau. un. Pers. Syn.*) γ *dumetorum* Honk. rachii pubescente Cremeneci. δ *Vaillantianum* Schreb. glaucum, e sabulosis *Podoliae* et vagis foliorum inferiorum subhirsutis.

1458. *T. villosum* MB. Circa Odessam. A.

CLASSIS IV.

MONOGYNIA.

Ad *Vaillantiam cruciatam*. p. 7. n. 167. notari meretur eam esse eandem cum *V. chersonensi* MB. *Fl. Taur-Cauc. T. II p. 437.*

P. 7. n. 168 *V. glabra* nostra aequae ac galiciana est *Galium vernum* Scop. *Fl. Carn. El. 2. T. 1. p. 99. n. 144. t. 2* non obstante radice crassa, quae sine dubio aequae ac caulis basi incrassatus sunt pictoris delicta.

Excludenda ideo e *Prim. Fl. Gal. P. 1. p. 117.* sunt omnia synonyma excepto cl. *Schkuhr*, an vero specie revera differat, an varietas solum sit insignis, decidere hucusque non audeo; non desunt enim specimina ambigua. Cl. auctores novissimae editionis *Syst. veg. Vol. III. p. 218* prioris sunt cum pluribus, ipso annuente *Linneo* sententiae. Differt nostra a *V. glabra* foliis ellipticis, aut ovato-ellipticis latit.: longit. = 1: 2 vel 2: 5 (in altera = 1: 3 vel 2: 7, quae oblonga, aut oblongo lanceolata obtusa aut ovato-oblonga), pedunculis fructiferis dimidio foliorum longioribus (quae dimidio foliorum breviores aut vix adtingentes in altera) fructibus pyriformibus curvatis obliquis nudis; cuticula irregulariter corrugata (qui globosi minores? in altera).

Alia vero quaestio oritur, an cum *Galio Halleri* R. et *Sch. l. c.* sit jungenda? Plantam cl. *Halleri* fil. nunquam vidi; attamen e descriptione l. c. data differre videtur caulibus decumbentibus, foliis raris 5-6nis, pedunculis dichotomis, floribus ochroleucis et hermaphroditis (saltem e silentio de sexu in *Galio* ita concludere licet). En descriptionem nostrae. E caule anni praeteriti procumbente arido, geniculis radicante, radicibus ramosis tenuibus rubentibus ascendunt cauliculi plures 4-8 pollicum, tetragoni glabri. Folia quaternaria internodiis plerumque bre-

viora sunt sessilia, glabra, trinervia. margine tenuissime ciliatis. infima obovata minima, reliqua majora elliptica, tempore antheseos patentissima, in defloratis rigidiuscula, margine reflexo, deflexa et fructus obtegentia. Peduncululi quaterni ex axillis foliorum mediorum, trifidi, lateralibus bifidis, aphylli, patentés, glaberrimi, demum incrassati recurvati. Flores hermaphroditi et masculi s. imperfecte hermaphroditi, pistillo abortiente. Corolla flava, laciniis ovato-lanceolatis trinerviis. Stamina corolla multo breviora, antheris subrotundis flavis. Stylus bifidus, stigmatibus globosis, deciduus. Fructus (vide superius). Semen sublumatum, apice obtusum, basi attenuatum fusco-rubens laeve.

Variat: 1 caule pubescenti-hirsuto; 2 foliis subtus et 5 utrinque pubescentibus; 4 foliorum costa sola subtus hirsuta; 5 pedunculis tantum trifidis, floribus tunc omnibus hermaphroditis; 6 hirsutis brevioribus et longioribus, raris sine diphyllis; 7 floribus masculis trifidis.

Nota 1. Distinguendae forent sequenti modo:

V. Bauhini R. et Schult. (Galium) foliis 4nis, oblongis, 3nerviis, glabris ciliatis, pedunculis aphyllis, trifido-dichotomis, folio medio brevioribus, caulibus superne glabris, erectis. Mihi.

V. Sopolii mihi (Gal. vernum Scop.), foliis 4nis ellipticis 3nerviis, ciliatis demum rigidiusculis, pedunculis aphyllis trifido-dichotomis, fructiferis folia subsequantibus, caulibus floriferis erectis. Mihi.

V. Halleri R. et Sch. foliis 4-6nis ovalibus trinerviis, rigidiusculis ciliatis, pedunculis dichotomis brevissimis, floribus hermaphroditis? caulibus molliter hirsutis decumbentibus Mihi.

2. Delendum est e *Syst. veget.* *V. glabram* variare foliis subtus pubescenti-hirsutis, si e

Prim. Fl. Gal. haec observatio est desumpta.

1459. *Plantago salsa* Pull. In pascuis salsis *Odessae* legi a. 1816.

CCCCCLXXX. TRAPA L.

1460. *natans* L.

In lacubus et piscinis Polesiae orientalis.

1461. *Parietaria officinalis* L.

In Podoliae umbris. A.

DIGYNIA.

CCCCCLXXXI. BUFONIA L.

1462. *B. annua* Dec.

In apricis Podoliae australis rarior. A. p. 303. n. 178 Cuscutae vulgaris obvenit varietas tenuior in Podolia australi et ulterius versus *Odessam*, quam nos ambo legimus.

TETRAGYNIA.

P. 8. n. 181. *Potamogeton perfoliatus* nostrum est planta cl.

Rothii, *Tent. Fl. Germ. T. 1. p.*

72 et *T. 2. p. 203. cl. Hageni*

Preuss. Pflanz. T. 1. p. 131. Po-

tamogeton rotundifolium alterum

Loesel. Pruss. 205. t. 65. quum

d. Hallerus improprie ad suum

n. 844. citasse videtur (conf. quo-

que *P. Loeseli* R. et *Sch. S. V.*

Vol. III. p. 508) quumque *Lin-*

neus in *Flora Lapponica* p. 44.

n. 69. ut iconem bonam laudat.

cl. *Wahlenberg* vero tacens de

Loeselo citat iconem Florae da-

nicae 196 (errore typographi 136)

quae nequaquam eadem cum nostra

planta esse videtur, quod cuique

patebit comparatis iconibus *Fl.*

Danicae et cl. *Houttuyn Pfl.*

Syst. T. V. p. 382. t. 41. a. f. 2.

ubi ramus florens solum depictus

est. In caule ipso folia sunt con-

fertata, disticha, alterna, cordato-

ovata, ad quamlibet tamen caulis

divisionem opposita. Fructus ma-

turos nondum vidi. Et nostri sty-

lus persistens est mucinatus, at

nil reticulati, uti n.oret cl. *Wah-*

lenberg de suo, in iis observo.

Folia cum foliis *Lysimachiae* Num-

mulariae comparare minime licet. Ibidem n. 180 *P. lucens*, variat foliis utrinque acutis angustioribus. nervo saepe in cuspidem elongato. quod *P. cornutum* Presl. *Fl. Cechica* p. 37. n. 250 esse videtur.

CLASSIS V.

MONOGYNIA.

1463. *Myosotis alpestris* Schmidt et Lehmann.

In siccis apricis *Cremeneci* et prope *Paszkwiewic* Distr. Dubnecus.

1464. *M. nemorosa* Mihi.

M. (perennis) foliis obovato-lanceolatis 5nerviis, obtusiusculis hispidis, setis subtus reversis, racemis ebracteatis, pedicellis in fructu divergentibus calyce 5dentato patulo fere duplo longioribus, limbo explanato tubo longiore, caule acute angulato, basi nitido laevi. Mihi Refert *M. palustris*, at caule erecto, acute angulato, basi nitido laevi, ut plurimum livido, foliis inferioribus longe petiolatis, calycis dentibus profundioribus, corollaeque limbo $\frac{1}{2}$ minore diversa. Caules simplices pedales. Flores azurei, rarius albi. Floret ad finem Maji et initio Junii in nemorosis prope *Luczoreum* et *Cremeneci* (A) in *Volhynia* et in *Lithuania* ad fluvium *Niemen*.

1465. *M. caespitosa* Schulz *Suppl. Fl. Starg.* p. 11. *Reichenbach Amoen. bot. Dresd.* p. 16. *M. commutata* R. et *Schult. Syst. veg. Vol. IV.* p. 102. *M. lingulata* Schulz. olim *M. uliginosa* Schrad. Saepius caespitans, folia caeteris longiora et angustiora, magis succulenta, lucidula etsi setis adpressis scabra Flores affinium minimi. Prope *Kowel* et *Cremeneci* ad margines piscinae in pago *Gomnatka*.

Ab haec recedunt specimina in sylvaticis lucidis inter monticulos *Kulikovienses Cremeneci* lecta, quibus caules solitarii inferne laeves nitidi; tubus corollae calycem superat, pedicelli in fructu vix calycem aequant. Caeterum folia,

corolla, calyces ipsi fructiferi subbilabiati more *Thymi*, uti cl. *Reichenbach* bene monet l. c. Variat quoque caule plus minusve hirsuto.

P. 338. n. 1342. M. arvensis* Sm. Huic sunt synonyma *M. collina* Ehrh. *M. arvensis* Reich. *Amoen.* p. 25. (Ipse auctor in lit.) *M. stricta* Link. (ex autopsia speciminum berolinensium in Herbario Illini *Stevenson*) et *M. arenaria* Schrad. (ibidem.)

Nota 1. *M. arvensis* vero MB. *Fl. Taur - Cauc. T. I.* p. 119. et *Suppl.* p. 118 ad intermedium Link. spectat, nec ad arvensem Sm. uti putat cl. *Reichenbach* l. c. p. 25 ex autopsia speciminis ab ipso cel. auctore.

2. *M. ramosissima* Rochel ex autopsia speciminum ab ipso auctore spectat ad *M. versicolorem* Ehrh. Sed videtur (conf. R. et Sch. S. v. *Vol. IV.* p. 104. observationem ad *M. strictam* Link.) eum *M. arvensem* Sm. et *versicolorem* Ehrh. non distinguere.

CCCCXXXII. ECHINOSPERMUM Sw. Lehm.

ROCHELIA R. et Sch.

(Huc quoque spectant n. 189 190 et 191.)

1466. *E. deflexum* Wahl. (*Myosotis*).

In umbrosis monticuli falconarii (Sokola góra) *Cremeneci*, specimina simplicia gerunt pedunculos saepius ex ima caulis parte, reliquos suprafoliaceos. Omnes statim deflectuntur. Legi specimina quoque 4pedalia, caulibus laxis diffusis.

Nota 1. Si cl. *Wahlenberg* comparat flores hujus cum floribus *M. palustris*, ex inde concludere licet, longe etiam habere plantam pro *M. palustri*, racemis insuper subbracteatis.

2. Nostra minus caescenti hispida quam austriaca.

P. 42. n. 1344. ANCHUSA angustifolia nostra est *A. leptophylla* R. et Sch. S. v. *Vol. IV.* p. 90.

P. 43. n. 1348 Onosma tinctorium, detexit quidem *Andrzejow-*

*sci*us in Podolia australi; planta vero, quam ipse legi prope *Humani* differt ab *O. tinctorio*, antheris corollae subaequalibus, nec multo brevioribus, filamentisque antheris longioribus. Caeterum non distinguenda. Aliud quod etiam *Andrzejewscius* legit, differt adhuc a meo calycis fructiferi segmentis lanceolatis, quae linearia in meo, et nucibus iminaculatis.

1467. *ECHIMUM ASPERRIMUM* Lam. *veg.* Ed. R. et Sch. Vol. IV. p. 331, *pyrenaicum* Lehm. *Asser. P. II. p. 444.* Prope *Odessam* ipse, circa *Jaorlik Andrzejewscius* legit.

P. 10 n. 216. *Primulam elatior* adduxi quidem jam quaedam dubiam. Vereor modo, ne sumptissem pro illa *P. veris* foemineam h. e. collo cylindrico (Huic limbus quidquam major, minus concavus) et quidem eo magis dubito de existentia hujus apud nos speciei, quod nullibi amplius eam videamus.

1468. *Lysimachia punctata* L. Podolia ad *Tyram. A.*

In pratis humidis prope *Poryck*, occurere fertur, cui libenter credo, nostrum aequae idem cum *V. austriaco Schott.* esse videtur.

1470. *V. rubiginosum* W. et Kit. In Podolia australi, circa *Sawrań. A.*

Ibidem n. 265 *Hyoscyamus niger* noster est quoque *H. agrestis* Kit. aequae ac *Prim. Fl. Galic. p. 181.*

1471. *Ribes Grossularia* L. et *R. hybridum* *Prim. Fl. Gal. P. 1. p. 186,* quasi spontanea.

Ibidem n. 280 et 281. *Thesium linophyllum* et *intermedium* Haec repetito examine non amplius se comparo et si iconibus cl. cl. *Schkuhrii* et *Haynii* laudatis fidendum, spectant ad *T. intermedium* *Schrad.* nec ad *T. montanum* uti vult cl. *Wahlenberg* in *Fl. Carp. p. 69.* Prius fert folia magis carnosa, ingustiora, minus evidenter trinervia.

Inflorescentia et flores omnino iidem.

1472. *T. ramosum* *Hayn.* Nostro saepius bractea intermedia lateralibus 5plo longior. In Podolia austr. *A.*

Ibidem n. 256. *Verbascum Thalictrum* CCCCCLXXXIII. GLAUX L.

1475. *G. maritima* L.
 In salsis circa *Sawrañ A.*
CCCCLXXXIV. *Illecebrum* L.
 1474. *J. cephalotes* MB. *Suppl.*
 p. 169. Odessae prope *Fontaly*
 a. 1816 legi.
 Ibidem n. 284 *Vinca herbacea*
 occurrit quoque floribus albis. *A.*

DIGYNIA.

1475. *Atriplex verruiferum* MB.
 In salsis Odessae. Ego.
 P. 12 n. 299. *Atriplex roseum*.
Sicon cel. *Lamarkii Encycl. Meth.*
 Illustr. generum t. 853. f. 1. bene
 exprimit *A. roseum* Linnei, tunc
 certe nostra non est eadem; uti
 contendunt cl. cl. *Roemer* et
Schult. in *Syst. veg. Vol. VI.* p.
 284 qui nomen *A. Bessarianum*
 appellant. At iidem citant ad *A.*
roseum quoque cl. *Schkuhrum*
Bot. Hondb. T. IV. p. 329 t. CCCL.
 quam a nostro distinguere non
 valeo. Nequaquam vero idem cum
 nostro est ejusdem *A. laciniatum*
 t. **CCCXLIX** representatum. Es-
 dem cum nostra est quoque planta
 cl. *Rochelii*.

1476. *A. incisum* MB. *Suppl.*
 p. 641. *A. laciniata* *Prim. Flor.*
Gal. P. 1. p. 194. In Podolia
 australi. Anne revera sit specie
 diversum ab *A. laciniato* L. mihi
 nondum est clarum. *A. sinuatum*
Hoffm. quale e horto *Schwaering.*
 teneo, est omnino idem cum no-
 stro.

1477. *Chenopodium hirsutum*
 MB. Circa Odessam.

1478 *Ch. maritimum* L. In sal-
 sis Odessae. *A.*
CCCCLXXXV *Salsola* L.

1479. *S. Kali* L. In salsis Podo-
 liae australis. Varietatem foliis
 tenuioribus ipse prope *Baltam*
 1816 et alibi legit *A.* Plantae in
 horto e seminibus ab eo allatis
 enatae, adhuc hanc differentiam
 servant.

UMBELLATAE.

1480. *Eryngium maritimum* L.
 Odessae legit *A.*

1481. *Isophyllum Gerardi* Jacq.
 (*Bupleurum*) Circa *Cameneum* Po-
 doliae. *A.*

1482. *Torilis Anthriscus* L. (*Tor-*
lylium). Hujus varietatem? in-
 ignem legit *Andrzejewscius Tar-*
norudae in Podolia, foliorum pin-
 na media non elongata, semini-
 bus $\frac{3}{4}$ fere minoribus, calyculo
 stylopodio aequali aut longiori,
 segmentis lanceolatis, erectis, acu-
 leis apiculatis brevioribus.

1483. *Ferula orientalis* L. Circa
Baltam Ill. *Steven.*

P. 12. n. 343. *Heracleum*
sibiricum. De hoc confer notam
 in *S. v. Vol VI.* p. 575, ut cor-
 rigas vero, quaeso *H. flavescens*
 folia esse terminata et *H. Sibirici*
 quinata, nec vice versa.

P. 13. n. 346 *Angelica sylve-*
stris. Planta mihi adhuc dubia.
 Moneo primum definitionem hujus
 speciei in *Prim. Fl. Gal. P. 1.* p.
 213, ad specimina austriaca d.
Schottii me fecisse absentibus spe-
 ciminibus galicianis, quae *Cra o-*
viae adhuc descripsi, sed et hanc
 descriptionem ad illa correxisse.
 Planta nostra est biennis! et omni-
 no eadem cum *silesiaca* cl. *Gün-*
theri. Vaginae sunt aequae elon-
 gatae et laxae, uti in *A. flavescente*.
 Anne illa eadem cum *A. ruthe-*
nica Schottii, cuius semina nulla
 nota a nostra differunt?

Ibidem n. 346 *A. flavescens*.
 Radix est biennis; hinc mihi v. ldo-
 pere dubium eam esse *A. Roszoulii*
 (confer *S. V. Vol. VI.* p. 602) cui
 cl. *Gouanus* tribuit radicem pe-
 rennem.

Ibidem n. 355 *Aethusa elata*.
 Characteribus a cl. *Hoffmanno*
G-n. umb. Ed. t. I. et II. p. 98
 datis ardue distinguitur ab *Aet.*
synapio, at primo intuitu longitu-
 dine radiorum exteriorum, et pe-
 dicellis plantae seminiferae. *Aet.*
Cynapium fert radios exteriores
 umbellula, et pedicellos fructu
 plus duplo longiores. In *Ae. elata*
 vero, radii umbellula sunt parum
 longiores et pedicelli fructui sub-
 aequales.

CCCCLXXXVI. PALIMBIA Mihi.
Nota a $\pi\alpha\lambda\iota\mu\phi\iota\omicron\varsigma$ redivivus.

1484 *salsa* L. C. Sison. *Peucedanum redivivum* Pull. *Siler salsum* Spr. In campis Bessarabia non procul *Odessam* anno 1816 legi.

Ibidem n. 357. *Anthriscus procerus* lege melius *A. elatior*.
CCCCLXXXVII. ANETHUM L.

1485. *A. arvense* mihi in Cat. sem. H. Crem. 1820.

Attamen adhuc dubius sum de specie, nam nec foliis, nec seminibus differt ab *A. segetum* in horto *charkoviensi*. Differt tantum in horto peves alterum cultum altitudine et tempore florendi.

Ibidem n. 372 *Pimpinella dioica* (exclus. in *Prim. fl. Gal. P. 1* p. 223. n. 375. *Synon. Smith. Willd. et Jacq.*) est *Trinia Hennigii Hoffm. Gen. umb. Edit. 1. et 11.* p. 94. MB. *Suppl. p. 245 S. Spec. Cat. h. Crem. 1816 p. 145.* In Podolia occurrit varietas multo major.

1486. *P. Saxifraga* L. In Podolia. *A.*

TRIGYNIA.

Ibidem n. 379. *Rhus Cotinus*. Hujus duae occurrunt varietates pedunculis eque dem floratis rubris et viridibus.

P. 44. n. 1380 *Statice graminifolia* Circa hanc confer MB. *Suppl. p. 253* sub *St. tatarica*. Nominem *St. incanae* divulgavi semina.

1487. *St. Gmelini* W.
1488. *St. cuspidata* W. Ambae in salsis graminosis circa *Odesam*.

P. 14. n. 382. *Linum narbonne* nostrum est potius *L. perenne* L.

1489. *L. austriacum* L. In Podoliae elatis. *A.*

1490. *Drosera longifolia* L. In uliginosis *Cremenece*. *A.*

CLASSIS VI.

MONOGYNIA.

P. 14. n. 339. *Galanthus nivalis** Podoliae australis est major, foliisque fert litoria. *A.*

1491. *Allium caucasicum* MB. *Suppl. p. 258 A. savranicum* *Suppl. m. s. 1818 ad Cat. h. Crem.* Circa *Sawrañ* Podoliae australis. *A.*

1492. *A. longispathum* *Pl. lit. n. 316.* In Podolia australi. *A.*

Ibidem n. 398, Col. 2. lin. 5 loco: „et pedunculi flores vix longiores,” lege „et pedunculi flore vix duplo longiores” Caeterum mones *A. nostrum angulosum* differre adhuc ab *A. senescente*, scapo superne subtetragono, qui in altero constantiter compressus et anceps.

Ibidem n. 399 *A. albidum* H. *Gor.* Allium hoc cum amicissimo *Fischeri* directore cel. hujus horti in speciminibus siccis communicatus fui, qui illud pro *A. albedo*, suo agnovit. Obtinui ab eodem semina *Allii* hujus e *Caucaso*, e quibus enatae plantae anno elapso prima vice floriere. Ut pateat differentia inter has plantas descriptionem utriusque ad vivum concinnata hic subjungo.

A. albidum H. *Gor.* Bulbi oblongi, albo-tunicati, laeves, rhizomati transversali insidentes. Folia solum radicalia patentia linearia, semiteretia, superne obliqua, obtusa, sordide viridia, scapo parum breviora. Scapus nudus, compresso-anceps, subangulosus, striatus. Umbella ante anthesin pendula, demum erecta. Spatha bivalvis breviter, valvulae ovatae, obtusae, pedunculis brevioribus.

Pedunculi $\frac{2}{3}$ pollicis longi, angulati, ad angulos scabrinuculi, erecti aut patentes, fructiferi inferiores demum patentissimi. Perigonium album, sepalis inaequalibus oblongis concavis canaliculatis, exterioribus angustioribus ovatis versus apicem conduplicatis, basi fere siccatis, brevioribus patulis interioribus ovatis. Filamenta longitudine sepalorum: 5

exteriora subulata, basi compressa. Interiora tricuspidata s. medio utrinque dente acuto, vel membranaceo lanceolata. Antherae oblongae flavicantes, desfloratae fuscescentes, breviores. Germe globosum trigonum, tricocum flavicans. Stylus cylindricus longitudine filamentorum. Stigma obtusum. Capsula obovata, tricocca. Semina obovata atra, basi cuneata oblique truncata. Allium nostrum. Bulbi iidem. Folia angusta, linearia stricta, superne quidquam angustata, obtusa, semiteretia, margine obtusa, subtus subangulata, striata, laete viridia, scapo multo breviora. Scapus teretiusculus, obtuse angulatus striatus. Umbella erecta (an ante anthesin pendula, non amplius vidi) sat rara. Spathae ut in priori, aequae ac pedunculi, qui demum magis elongantur. Flores minores. Perigonium ochroleucum, formae ejusdem, attamen sepalis angustioribus magisque conduplicatis. Filamenta aequalia subulata, basi compressa, perigonio longiora. Antherae ut supra, aequae ac germen, stylus stygma et capsula.

Hinc *A. albidum* Fisch. definiendum esse censeo: *A.* scapo nudo ancipite subanguloso striato, foliis linearibus semiteretibus, patentibus, umbella fastigiata, filamentis alternis subtricuspidatis membranaceis, perigonio aequantibus, bulbis rhizomati transverso adnatis.

Et nostrum, quod *A. flavescens* voco: *A.* scapo nudo, teretiusculo, obtuse angulato, foliis linearibus semiteretibus subtus subangulatis, strictis; umbella subfastigiata, filamentis simplicibus perigonio parum longioribus, stylo demum elongato, bulbis rhizomati transverso adnatis. Ad hoc spectat *A. albidum* MB. *Suppl. p. 260.*

Difficile ab hoc distinguendum definitione All. senescens, etsi facile in natura foliis latioribus planis scapo superne ancipite,

pedunculis laevibus, floribusque majoribus roseis.

P. 14. n. 403. Ornithogalum sylvaticum. Hocce variat: 1 pedunculis ipsa basi ramosis; 2 pedunculis stipiti semipollicari insidentibus; 3. pedunculis bracteatis et 4. foliis scapo multo longioribus.

Specimen singulare, stipite bifloro et bracteis 14 pedunculis subaequalibus, et aliud pedunculo tetragono, radicali unifloro legi. Varietatem? foliis angustioribus, scapo multo longioribus, glaucis, attulit e *Kuna* Distr. *Haydyn. Podoliae A.*

Ibidem *n. 404. O. Sternbergii.* Lectis variis dubiis et observationibus circa haec et affines species in Diario botanico *Ratisbonensi a. 1819. T. II. p. 613. et a. 1820 p. 543.* iterate eam examinavi.

Nostrum *Ornithogalum*, quorum *O. minimum* Fl. *Taur-cauc.* et cl. *Goldbachii* mosqueense spectat, fert florens bulbos simplices, tunicis fuscis subreticulato-striatis, striis anastomosantibus et interstitiis transverse rugulosis bulbi juniores nondum florentes, emittunt demum evoluto folio basi duos bulbillos, albos, ovatos. Folia scapum concomitantia, planiuscula, dorso angulata. Spathae s. folia floralia plus minusve planae, late lanceolatae, apice tereti, attamen non cucullatae, intus tomento raro, evanido tectae aequae ac bracteolae et pedunculi. Scapus supra spatham in ramos duos et hi varie dividuntur in pedunculos, corymbum 4-12 florum sistentes. Flores cernui, sepalis lanceolatis acutis, basi intus parum lonatis. Genitalia dimidium perigonii superant.

1493. *O. pusillum* Schm. *O. minimum* L.?

In hoc tunicae bulbi sunt pallidae, ad lentem favaeae h. e. faveolis seriatis alternantibus: quae sunt cellulae epidermide destructa apparentes, aequae ac *O. lutei* et *sylvatici.*

Variat 1 Spathis floribus duplo longioribus et 2 foliis latioribus. In *Podolia Australi. A.*

1494. *Juncus squarrosus* L. In *meneci* hortul. *Witzell*. In sylvâ uliginosis prope pagum *Jablönku Szepetyuens*. Distr. *Dubn. borowu*, extra *Ołyka* in *Volhynia* P. 16. n. 490. *P. minor*, nostra hoc anno legi. est *P. rosea* Sm. ex autopsia speci-

CCCCXXXVIII. LEONTICE L. *minis Guntheriani* ab ipso cl. *Ra-*
1495. *altaica*? Circa *Odessam* dio determinati, in quo tamen teste Ill. *Steven*. Cl. *Fischer* duaeque ac in nostris bractee sunt bitat plantam *Odessanam* esse ean-pedicellis longiores aut saltem aedem cum *altaica*. Ipsemet eamquales.
nonduum vidi.

CCCCXXXIX. FRANKENIA L.
1496. *hirsuta* *Gouan*. Circa *Odessam*. *A.*

CLASSIS VIII.

MONOCYNIA.

P. 15. n. 450. *Oenothera biennis*.

Inter *Torszów* et *Kowel* in *Volhynia* legi, redux e *Lithuania* in sabulosis *Oenotheram*, quo ad durationem quoque biennem, caule adscendente, rarissime erecto, racemi apice nutante, foliis denticulatis, dentibus baseos profundioribus, utrinque appresse pubescentibus, floribus quidquam minoribus, calycibus et germine valde hirsutis. An sola varietas *O. biennis*? an specie distinguenda? Folia et flores *O. gauroidis* *W*; at huic germina graciliora, brevissimo villo canescentia.

Ibidem n. 454 ad *Epilobium montanum* adde varietatem; *E. alpestre* *Schm*. In elatis ad *Hypanim* in *Podol. austr.* *A.*

TRIGYNIA.

1497. *Polygonum incanum* *Schm*. In humidis prope piscinam pag *Biała krynica* *Cremeneci*.

1498. *P. maritimum* L. Ad littora *Ponti Euxini* *Odessae* Dr *Friedl*.

CLASSIS X.

MONOCYNIA.

1499. *Pyrola uniflora* L. In pi-
etis extra pontem regium *Cre-*

DIGYNIA.

1500. *Gypsophila perfoliata* L. In salsis *Odessae* legi a. 1816.

1501. *Dianthus capitatus* *Schott*. *D. atrorubens*. *Prim. Fl. Gal. P.* t. p. 179 (exclus. synonym. *Willden*). In *Podoliae* apricis. *A.*

TRIGYNIA.

1502. *Tamarix gallica* L. In *Bessarabia* et circa *Odessam*, ubi culta arborescit.

1503. *Arenaria marina* L. In salsis *Odessue* frequens.

PENTAGYNIA.

1504. *Sedum Anacampseros* L. Ex *Ucrania*, in hortum attulit Ill. *Boreyko*.

CLASSIS XI.

TRIGYNIA.

1505. *Reseda lutea* L. In *Podolia*. *A.*

1506. *Euphorbia Peplis* L. *Odessae*. *A.*

1507. *E. dulcis* L. In umbrosis *Podoliae* rarior. *A.*

1508. *E. lucida* *W*. et *K*. In pratis humidis non procul a *Lucceorio* in *Volhynia*. *A.*

DODECAGYNIA.

P. 18. n. 573. *Sempervivum globiferum*. Nostrum fert flores *S. globiferi* *Wulf*. propagines vero compactas clausas. Ardua est quaestio, an planta *Linnei* et *Wulfeni* quae in flora austriaca est descripta

et adumbrata, sit una eademque, et qualem Linne sub nomine *S. globiferi* intellexerit.

Linne (secundum Edit. III. *Vindebon. Spec. pl.*) citat inter alios *Moris. Hist. 3. p. 472. Sect. 12. t. 7. f. 18.* qui dicit „petala sex” et distinguit adhuc: *Sedum majus montanum* dentatis foliis C. B. P. ad quod cotyledonem alteram secundam *Clus. Hist. 2. p. LXIII.* citat, quod est *S. hirtum Jacq. Idem in Amoenit. acad. Vol. IV. p. 273.* citat ad *S. hirtum: Cotyl. alter. montan. Clus. Hist. 2. p. LXIII.* at *Clusius* sub Cotyledone altera prima (epitheton „*montanam*” nullibi inveni), descripsit *S. tectorum* et silet de directione et numero petalorum. Exinde liquet permissum esse dubitare, an Linne claram harum specierum habuerit ideam, et an varietatem glabram *S. hirti* descripsit pro *S. globifero* in horto *Cliffortiano*. E patria citata judicare licet *Gmelnum* nostrum intellexisse. Quid attinet petala 6, stamina 6, pistilla 6, quae ex *Clusio* et *Mygindo d. Willdenovius* in *Spec. pl. T. II. P. 2. p. 932* tribuit *S. globifero*, est error, quem cel. *Jacquin* ipse in *Flora aëstrica Vol. 1 p. 11.* sequentibus corrigit: „*Scripturae vitio praeproperae in Enum. Agr. Vindeb. ubi S. hirtum globiferi, sub nomine proposui, flores hexandri pro hexaphyllis legantur.*”

An planta d. *Halleri*, quae petalorum numero convenit cum planta *Wulfeniana*, sit eadem autopsae evincunt. *S. globiferum Baumg. Enum. pl. M. P. Transylv. T. II. p. 22.* videtur omnino idem cum nostro, exclusis synonymis *Jacq.* et *Wahlenbergii* *Fl. Carp. p. 144. n. 470*, qui dicit calycem longitudinis fere staminum, et petala staminibus triplo longiora. (*Icon. cl. Sturmii Fl. germ.* monstrat calycem staminibus dimidio breviorum et petala staminibus $\frac{2}{3}$ longiora, quae et de nostro valent.)

CLASSIS XII.

MONOGYNIA.

P. 46. n. 1425. Amygdalum campestrum, copiosum prope *Iszkowce* in Distr. *Cremenec.* vidit Hortul. *Witzell.*

P. 18. n. 578. Prunus Chamaecerasus. Nec deest nobis illa forma lujus *Pruni*, quam cel. *Pallas* nomine *P. fruticosae* in *Fl. Ross. I. p. 19. t. 8. B.* depinxit atque descripsit. Legi eam extra *Humani* in *Gub. Kijow.* et *Andrzejowscius* prope *Kuna Distr. Haysyn. Pod.*

1509. *P. candicans?* Ad hanc speciem, cujus ramum vidi, inter plantas ab *Ill. Steven* in *Germania* collectas, refero ad interim duo specimina *Pruni* mihi ignoti ab *Andrzejowscio* ex *Ucrania* allati, quae *P. spinosae* varietates esse putavit. Rami sunt grisei, juniores pubescentes. Folia obovata, crenata, crenis anticis duplicatis, glandula utrinque ad basin, supra glabra, subtus pubescent, vix polystaminiaria; juniores flores ex eadem gemma concomitantia, multo minorum, supra pubescentia, subtus sunt tomentosa et acute serrata. Petioli pubescentes, tres circiter lineas longi. Pedunculi solitarii, rarius gemini 3-5 linearum, glabri; fructiferi incrassantur et videntur in quantum ex residuis anni praeteriti apparet, recti. Calycis lacinae sunt ovatae, tubo breviores serrulatae. Petala alba obovata, concava, illis fere 4plo longiora. Stamina corolla quidquam breviora. Germen ovatum glabrum, stylus cylindricus, filamentis duplo crassior, stamina vix aequans. Stigma capitatum parvum. Fructum nondum vidi.

DIGYNIA.

CCCCXC. *Crataegus L.* 1510. *C. laciniata Stev.* Affinis *C. monogynae*, differt vero, foliis fere pinnatis, pinna extrema triloba confluyente cum lateralibus; duae

infirmas a reliquis magis distantes, in petiolum quidquam decurrentes, bifidae, omnes vero oblongo-lanceolatae, inaequaliter inciso-serratae. Florentem nondum vidi. In Podoliae frutetis ad Tyrum, Podolia aut adhuc duas *Crataegos*, de quibus *Andrzejowscius* pauca et imperfecta solum attulit specimen.

1511. Prope *Berszadam* in Distr. *Olhopol.* Pod. australis crescit *Crataegus* fruticem robustam formans, cortice grisea, cujus folia sunt trifida, laciniis divergentibus, saepius bifidis, antice grosse serratis, eximie cuneata, subtus glaucescentia, ab 1-2 pollices longa. Petioli fere pollicares. Flores hujus non vidi. Fructus (immaturi rubri) sunt corymbosi et uti videtur subpenduli, elliptici, basi attenuati ad 5 lineas longi, ad 3 in diametro transversali, calyce reflexo, et stylo simplice coronati. Nux unica. Alter, cujus ramum cum floribus nondum evolutis solum coram me habeo, sed cujus fructus nigros vidit *Andrzejowscius*, medium tenet inter *C. monogynam* et *C. Oxyacantham*, nequaquam tamen *C. melanocarpa* MB. Flores et huic corymbosi, monogyni.

1512. *Odesae* mense augusti 1816 legi specimina fructifera *Crataegi* his *C. monogynae* quoad foliorum formam non absimilia; attamen folia sunt minus serrata, subtus incana et hirsutula, pedunculi fructiferi aequi hirsuti et fructus (immaturi quidem) rubri, parvuli monopryeni.

PENTAGYNIA.

P. 46. n. 1427. *Spiraea oblongifolia*. Modo valde dubito, hanc *Spiraeam* specificè differre a *polymorpha chamaedrifolia*, videns omnes characteres laudatos vacillare; occurrunt enim *Cremeneae* formae normales utriusque et mixtum cum his talia intermedia, ut saepius dubius sim, an specimen aliquod ad unam, alteramve speciem referre oporteat.

Ibidem n. 1429. *S. crenata*, enumerata est quidem stirps Florae *Taur-caucasicae*, quae in hortis quoque hinc inde colitur; alia vero est

1513. quam circa *Sawraii* legit indefessus *Andrzejowscius*, quam ex horto jam cum amicis titulo *Sawranicae* communicatus fui, quaeque est *S. crenata Willd. Baumz. edit. 2. p. 492.* aliorumque horticorum. Prior est glaberrima, foliis cuneato-lanceolatis, apice inciso-serratis, floribus quidquam majoribus.

POLYGYNIA.

Continuata Rosarum et indigenarum et exterarum observatione, instituta comparatione cum *Rosis britannicis l. Woodsii* (in *Jahrb. der Gewaechsk. 2 Heft.*) cum distributione *Rosarum cel. Candollii* (in *Musée helvet. par Seringe Fasc. I. et II.*) Et cum opusculo *cl. Seringii* (*Melanges botaniques*) eo perveni me multa modo aliter videre et modo persuasus sum, omnia mihi hucusque notata tentamina ordinandi species hujus generis esse mancas. Forma receptaculi (germinis L.) magis constans sub anthesi, quam sub maturatione fructus, sectiones largitur nimis paucas et species caeterum valde affines saepe separantur, uti *R. reversa W.* et *K.* praebet exemplum. Idem fere valet de stylo nexu. Calycis segmenta simplicia in *Cinnamomeis* et *Pimpinellifoliis*, plus minusve appendiculata sunt in *villosis*, *Hebecladeis* et *Eglanteriis*, constanter appendiculata in reliquis non sufficiunt, nec ratione directionis in fructu, uti olim putavi. Sectiones ab aculeorum forma, si excipiemus *Setigeras* cl. *Woodsii*, sunt ambiguae, nam in eodem frutice aculei superiores sunt uncinati vel arcuati, dum inferiores basi dilatata recti et viceversa. Quam maxime me arridet divisio in sectiones naturales *cel. Candollii*, quaeque tamen non caret

R. Ratomsčiana mihi (n. 608.
R. humilis mihi olim.)
 n. 1519. *R. Boreykiana* mihi.
R. alba.
 n. 1520. *R. montana* Stev.
 n. 1521. *R. saxatilis* Stev.
 n. 610. *R. terebinthinacea* mihi
 (Fructus hisce ovati. Calycis seg-
 menti demum reflexa, aculei su-
 periores saepius recti et foliola
 quandoque villosa) (n. 610. (Fru-
 tices e majoribus).

IV. VILLOSÆ DEC.

Non repentes. Frutices saepius
 arborescentes. Trunci aculeati, ac-
 culis saepissime rectis, in ramu-
 lis saepius infra stipularibus.

Foliola elliptica, aut elliptico-
 lanceolata, 7-9 villosa, plus mi-
 nusve glandulosa, ut plurimum
 bisserata, atque odorata.

Flores corymbosi aut solitarii
 carni, aut rubri, bracteati.

*Calycis segmen-
 ta*, plus minusve
 pinnatifida et apice dilatata, in
 fructu erecta, persistentia, rarissi-
 me patentissima, aut subreflexa
 decidua.

n. 595. *R. frutetorum* mihi.

Styli liberi. Fructus globosi aut
 subglobosi coccinei.

n. 601. *R. tomentosa* Sm.

n. 602. *R. villosa* L.

n. 1522. *R. ciliato-petala* mihi.

n. 597. *R. Andrzejowsčiana*
 St. v.

n. 598. *R. dimorpha* mihi.

n. 595. *R. frutetorum* mihi,
 quae ambigit *Caninas* inter et *Vil-
 losas* et forsau melius ad priores
 releganda foret.

V. GALLICANÆ DEC.

Saepissime repentes. Trunci se-
 roso-aculeati, saepius humiles. A-
 culi varii, saepius setacei. *Foliola*
 elliptica, *subtus glauca*, plus
 minusve glandulosa, 5-7, saepis-
 sime dependentia. Flores rarius
 corymbosi, solitarii, magni, rubri
 bracteati. Calycis segmenta pin-
 natifida, in fructu reflexa demum
 decidua.]

Styli liberi. Fructus globosi,
 ovati (n. 612. *R. pygmaea* MB.)
 pyriformes (*R. pumila*), obscure
 coccinei.

n. 607. *R. livescens* mihi (non
 confundenda cum *R. hujus* nominis,
 in horto culta, quam *R. Czackia-
 nam* appello.)

n. 612. *R. pygmaea* MB.

n. 611. *R. pumila* Jacq.

1525. *R. Czackiana* mihi.

1524. *R. Wolfgangiana* mihi.

R. Jundzilliana mihi (n. 605 *R.
 glandulosa* mihi.)

VI. RUBIGINEÆ DEC.

Non repentes. Frutices varii.
 Aculei copiosi, ut plurimum mag-
 ni, fortes, arcuati, ramulorum
 infra stipulares. *Foliola* saepissime
 subrotunda, aut ovata, 5-7, *glandu-
 lis sessilibus exasperata* et sua-
 veolentia. Flores corymbosi, aut
 solitarii реси, bracteati. Calycis
 segmenta pinnatifida, in fructu
 patula, rarius reflexa, demum de-
 cidua. *Styli liberi*. Fructus glo-
 bosi, elliptici, aut ovati coccinei.

n. 606. *R. nitidula* mihi.

R. Kluku (n. 600. *R. balsamica*
 mihi.)

1525. *R. floribanda* Stev.

n. 603. *R. erythyllavea* mihi.

E reliquis sectionibus (*Candolli-
 nis* nullam possideo *Rosam* indi-
 genam.

*Observationes quaedam in Ro-
 sas* mox enumeratas.

P. 18. n. 593 et 594. *R. Spino-
 sissima* et *R. microcarpa*. Has re-
 jungo et dubito an *R. Pimpinelli-
 folia* MB. revera specie a priori
 differat; nam tot sunt intermedia,
 quos specimen, quod e sequente
 enumeratione patebit. Qua typum
 enumeratas.

R. pinj inellifoliae Pall. teneo spe-
 cimen caucasicum ab amicissimo
 Fischeri, pedunculis sesquipolli-
 caribus, glabris, foliolis ellipticis,
 aculeis subulatis, rectis basi
 longata, sparsis, mixtis, setis
 brevibus.

β. specimen ab ipso LB. Mar-
 schall a Bieberstein aculeorum

copiosiorum, basi elliptico-oblonga, pedunculo minus elongato.

γ. specimina Podolica, pedunculis aequant β, foliola sunt obtusiora, aculei conferti inaequales et longitudine et consistentia (subulati et setacei) plus minusve deflexi, basi oblonga, imo lineari-lanceolata.

δ. alia e Podolia spontanea et in horto culta (prius sub nomine *spinosissima*) fert pedunculos vix ⁴/₅ pollicis longos, glabros, foliola parva elliptica, aculei quidquam rariores quam in γ, basi modo elliptica modo blouga, quandoque magis elongata.

ε. *R. pimpinellifolia* e seminibus sibiricis ab amicissimo *Weumanno* e *PauRoscio* pedunculis fl. re et foliis sinillima. Var. α. differt vero truncis et ramulis setis confertis inaequalibus, hispidis, quibus paucissimi solum aculei recti basi elliptica sunt intermixti; sed ex iisdem seminibus alia individua non differunt a δ, cui flores minores.

ς nec desunt specimina fructifera podolica, ubi alii pedunculi sunt fere glabri, aut setulis aliquot solum ad basin, et alii sunt setosis: his aculei inaequales subulati et setacei, basi priorum elongata.

ζ. *R. spinosissima* horti nostri et agri Parmensis a cl. *Jano*, quam hucusque pro vera agnovi, non destituitur aculeis basi elongata, adsunt quoque alii, basi oblonga, et elliptica, caeterum conferti inaequales, setis mixti, modo erecti, modo deflexi, foliola elliptica, pedunculi pollicares, ad basin receptaculi usque horrent setis, mox parvis et brevibus (4) mox copiosis, longatis. Flores huic majores.

η specimina spontanea podolica aculeis confertis; setaceis, deflexis, paucis fortioribus, rectis intermixtis, basi elliptica, pedunculis ²/₃ pollicis longis, glabris, floribus minoribus, foliolis minoribus ellipticis; ab hoc differt

κ specimen caucasicum a *L. B. Marschall* a *Bieberstein* nuice pedunculis ad basin receptaculi usque setosis.

λ. *Spec. spont.* aliud e Podolia quo ad aculeos et flores idem cum var. ι. fert pedunculos casu unico! geminos, altero bractea lanceolata, stipato, setis raris elongatis.

μ. *Spec. spont.* fructiferum tandem aculeis var. ι fert pedunculos, fructus ipsos et calycis segmenta basi setoso-aculeata.

ν. Simidem aculeis fortioribus, basi oblonga, magis inaequalibus solo in horto, stylis uti praecedentium undique villosis.

ο. *R. microcarpa* *Suppl. IV. ad Cat. h. Crem. a. 1811. Spreng. Nov. Provent. Hort. Acad. Ital. et Berol. p. 35.* quae vero in horto fert fructus magnitudine non cedentes prioribus, flores minores.

π. *R. microcarpa*, receptaculo solum basi setoso.

ρ. *R. eadem*, petiolis setosis.

ς. eadem pedunculis et receptaculo glabris.

τ. alia pedunculis et receptaculo glabris et pedunculis hispidis in eodem specimine, stylis superne pubescentibus. (His varietatibus ο-τ, caules setoso aculeati, adulti, saepe tuberculati, dejectis aculeis, aculeis paucis fortioribus basi elliptica aut oblonga).

Ab omnibus recensitis recidit *R. poterifolia* mihi, ad *Tyram* ab *Andrzejowsco* lecta foliolis glaucescentibus. Caeterum parvula, pedunculis et receptaculo glabris, stylis subvillosis. Fructus maturos nondum vidi: ideo mihi hucusque dubia et specie eam a spinosissima nondum separo.

1514. *R. armata* *Stev.?*

Specimen hujus *Rosae* fructiferum e Podolia australi ad *Hypanin* ab *Andrzejowsco* allatum vidit *H. Steven* et declaravit illam posse esse ejus *R. armatam* ob foliolorum formam oblongo-lanceolatam. En descriptionem hujus speciminis. Caulis flexuosus, infra fructum continuatus in ramum

aculeatus, aculeis uncinatis com- glanduloso-setosa, pedunculi sub-
pressis, basi oblonga, vix ultra 2 setosi. Carens descriptione d.
lineas longa; stipulae lineari-acu- *Swartzii*, et speciminibus melio-
tae, superne glanduloso-serrulatae; ribus nil decidere possum, video
petioli glabri aculeati, foliola ova- solum maximam affinitatem.

to-lanceolata, sesquipollicaria, in- n. 1515. *R. Friedlaenderiana* mihi
aequaliter argute serrata, glaber- in *Cat. Sem. h. bot. Crem. 1819.*
rina; pedunculi tres, bractea lan- Si Rosam, quam in horto e se-
ceolata breviores, pollicares, undi- minibus caucasicis columnis, *L. B.*
Fructus rubri, unus pyriformis. *Marschall a Bieberstein* in *Sup-*
alter ellipticus, tertius ovatus; o- *plemento p. 352*, pro caucasia
mnes basi plus minusve attenuati. gnoscit, etiamsi forma foliolorum,
Calycis lacinia unica, solum prae- colore, serraturis, calycibus et
sens, uno latere pingulis tribus villositate minore stylosum differat;
incisus inaequalibus, extus glabra, tunc *R. Friedlaenderiana* quam e
intus tomentosa. Styli villosi li- *Podolia* attulit *Andrzejowski*,
beri. saepe qua species erit conserva-

P. 19. n. 602. Rosa solstitialis.

Hanc reduco, et *R. collinae* Differt quidem a vera *R. cauca-*
Jacq. sequentes distinguo varietates. *sica*, cujus specimen ibericum, a
a *R. collina Jacq.* austriaca et mel. auctore mecum communica-
galiciana. *β.* pedunculis subhispido- tam, coram me habeo: 1, foliolis
dis. In Galicia, Podolia et Volhy- rotundatis, subsimpliciter serratis,
nia obvia. *γ.* Calycis segmentis so- subtus ciliatis, 2, styplis dorso
lis glanduloso-hispidis. *Cremene-* solum glandulosis; 3, pedunculis
in *Boza góra* et in Galicia. *δ.* R. glanduloso-hispidis, calycibus e-
solstitialis Prim. Fl. Gal. R. du- globosis; 4, fructibus ovato-
glabris Thuill. *ε.* eadem magis glo-
rotundifolia e Volhynia et e Li- bosis; a cultis vero: 1, humili-
thuania ab amicissimo Prof. *Wolf-* metrorum *Thuill.* *ε.* eadem magis
lecta. *ζ.* eadem foliis (frutex maximis); 2, aculeis gra-
grosse serratis e Podolia. *θ.* *par-* villosis; 3, aculeis uncinatis;
visfolia e Bessarabia. *Nota 1. R.* 4, foliolis multo magis rotundatis,
sepium Sw. Enum. pl. Scand. basi in extimis saepius cordata,
secundum specimen prope *We-* subtus pubescentibus; 4, serratu-
nersborg Westrogothiae a cl. ris majoribus, subglanduloso-ser-
Wahlenbergio lectum, et mecum- rulis; 5, aculeis petiolorum te-
ab amicissimo *Günthero* commu- nuioribus; 5, pedunculis glandu-
nicatum, specie non est distin- loso-hispidis; 6, calycis segmentis
guenda a nostra *collina E*, differt magis glandulosis; 7, styli ad
solum foliolis quidquam magis vil- apicem usque villosis, et 8, fru-
losis et calycis segmentis dorso- ctibus ovato-globosis.
purpureo-fuscis, et pinnulis magis dilatatis. Styli iidem.

P. 20. n. 604. Rosa uncinella.
2. R. campestris Sw. duo vidi Speciminibus intermediis adeo jun-
specimina, unum ab Ill. *Steven-* gatur cum *R. frondosa Stev.* cu-
alterum a cl. *Wahlenbergio* in a b. *Schwereckio* lecta possideo,
Westrogothia lectum ex herbario ut pro eadem haberem specie, nisi
Güntheriano, quae vero valde in- receptaculum, quod in mea est
ter se discrepant. Prius a *R. col-* ellipticum, sit ovatum superne
lina δ fere non nisi aculeis rectis, eximie attenuatum, et pars colli
subulatis differt. Alteri cortex receptaculi intra stamina in tubum
fuscus nitens, aculei adnati com- conicum elevata. Nostrae sequen-
pressi. Calycis segmenta dorso- tes possideo varietates.

α. Foliolis brevioribus, magis rotundatis, junioribus rubentibus utrinque, adultioribus solum subtus pubescentibus, manifeste biserratis, petiolis aculeatis. *R. uncinella* MB. *Suppl. p. 349.* ad Hypanim. Haec proxima *R. frondosae*.

β. Foliolis magis ellipticis, acutioribus, minus aequaliter biserratis, pubescentibus. Ad Tyram.

γ. Foliolis subbiserratis solum subtus ad costam, et petiolis pubescentibus. s. *R. uncinella* legitima, cui flores carnei, calyci subaequales, styli superne nudiusculi liberi; fructus elliptico globosi, coccinei. In sylvis quoque Podol. austr. *A. δ* eadem petiolis glabris, setis glanduliferis, aliquot adpersis. Ad Hypanim vulgaris. *A. ε* eadem ut *δ*, petiolis aculeatis, petiolis dilutissime carneis. *R. calycina* MB. *Suppl. p. 349* Odesseae lecta a cel. Auctore ad Hypanim. *A. ζ* similis floribus carneis, foliis magis biserratis, acutioribus. Ad Hypanim. *η* eadem pedunculis setis paucis adpersis. Ad Hypanim. *θ* eadem pedunculis glabris, stylis ad apicem usque villosis! Ad Hypanim. *ι* eadem ut *θ*, petiolis et costis foliolorum subtus pubescentibus, foliis junioribus rubentibus. *κ. R. frondosa glabra* Stev. (e Tauria) quae parvifolia, foliis biserratis, petiolis aculeatis, glandulosis, foliorumque costa et veis pubescentibus, pedunculis subsetosis, calycibus praecedentium, stylis villosulis, fructu ovato. Cum hac pro identica habui. *λ* aliam ad Hypanim lectam, illi quidem similem, sed cui petioli glabri aculeati, receptaculum basi attenuatum, styli elongati liberi, villosuli. Haec forsitan suae speciei: paucissima solum specimina, hujusmodi vidi. *μ* foliis elliptico-subrotundis, biserratis, utrinque pubescentibus, supra tamen demum calvescentibus, petiolis pubescentibus et aculeatis, pedunculis et calyce longiora biloba. Styli villosis omnino var. *γ*, stylis villosis. E Podolia australi. *A.*

P. 21 n. 609. Rosa canina var. β. Quae hoc loco protulit, spectant pro maxima parte ad 1516. *R. venosam* Sw. (saltem pro ea habet Ill. Steven) quae differt a *R. canina* foliis subtus albo-glaucis, reticulato-venosis, magis biserratis, aculeis longioribus falcatis, imo rectiusculis. Flores parvuli. *R. caninae* var. β. *Prim. Fl. Gal.* nondum hic receptus sum. *R. caninam glandulosam cl. Rau*, cui foliola subbiserrata, serraturis plus minusve glandulosis, possidemus quoque in Volhynia. 1517. *R. glauca* Schott. inter *caninam, glandulosam* et *Kovinscianam* fere medium trinet; at inermis est et receptaculum habet gracile, utrinque attenuatum. Serraturae ut in priori. Flores rosei, quoad magnitudinem medium tenet inter utrumque. E Podolia australi in hortum transplantavit *A.* 1518. *R. Kovinsciana* mihi in *Cat. sem. h. bot. Crem. 1819.* floribus magnis, planis, roseis, fructibusque maximis, ovato-oblongis, et ejus varietatibus primo intuitu differt. Frutex ex altioribus, cortice subfusca, aculeis sparsis foliatis, rarius uncinatis, parum compressis, basi oblonga. Foliola 5-7, elliptico-subrotunda, rarius acuta, subbiserrata, serraturis profundis cuspidatis, anticis in foliis obtusis, magis convergentibus, basaeos minimis, ut plurimum glandulosi et aculeati. Stipulae lineares acutae, glanduloso-serrulatae. Corollae pauciflori, hujusmodi raro ultra 3 flores vidi. Bractee lanceolatae. Pedunculi glanduloso-setosi vix pollicem aequantes. Receptaculum ovatum, basi attenuatum et setosum. Ividum Calycis segmenta dorso glanduloso-hispida. Pinnulae paucae angustae. Petala calyce longiora biloba. Styli villosi tubo longiores. Stigmata conglobata in capitulum depressum.

Fructus ovato-oblongus pollicaris et ultra, coccineus. E Podolia ad Tyram.

1519. *R. Boreykiana* mihi in *Cat. Sem. h. bot. Crem. 1820.* (*Rosam* hanc dixi in honorem Inspectoris Scholarum *Distr. Równiensiensis* plantarum et Florae cultoris eximii, atque horti nostri Benefactoris singularis Ill. Marcellii et Equitis *Boreyko*.)

Frutex validus, ramis junioribus lividis, aculeis sat validis raris, basi compressis, deflexis, subarcuatis. Stypulae glanduloso-serratae, dorso pubescentes; folia superna obovata, apicibus conniventibus; reliquae in bracteis aphyllas oblongo-lanceolatas, squarrosas abeunt. Petioli pubescentes, glandulis immixtis pedicellatis, aculeati, aculeis pluribus uncinatis. Foliola 7na in ramis floriferis superne sparse-setosis 5-5na magna cinereo-viridia, subtus pallida, cinerea, utrinque pubescentia s. villosula, costa subtus basi glandulosa; terminale ovatum cordatum acutum, reliqua elliptica acutiuscula, serraturae simplices inaequales. Pedunculi ut plurimum corymbosi elongati 1-2 pollicares, glanduloso-setosi, superne ad basin receptaculi confertissime. Receptaculum ovatum, superne attenuatum. Calycis segmenta pinnatifida, pinnulis lanceolatis, acuminatis, saepius inciso-serratis, dorso glanduloso-setosa, interne tomentosa. Petala rosea planiuscula magna, calyce longiora, leviter emarginata. Styli plus minusve villosi. Fructus ovatus coccineus nitidus, calyce patentissimo, demum deciduo coronatus. E Podolia australi. *A.*

Valde affinis *R. albae*, at differt praeter colorem florum aculeis caulinis rarioribus deflexis, minus arcuatis, stipulis et petiolis magis glandulosis, foliolis ut plurimum majoribus, ramulis floriferis superne magis setosis, receptaculo nudo, basi minus attenuato, stylisque minus villosis.

P. 20. n. 608. R. humilis *Suppl. IV. p. 19. R. Ratomsiana* mihi in *cat. sem. h. Crem. 1819.*

In definitione corrigendum: calycis tubo sub nudo, aculeis confertis, uncinatis compressis, basi oblonga, petiolis quoque aculeatis.

R. floribunda *Stev.* ad *rubi-gineas* spectans minus collidit cum hac, neque *pygmaea* et *pumila* quarum comparatio solum cum exili specimini nondum florente locum habere potuit. *Rosa* haec nunc in horto est frutex 5-pedalis (ideo nomen illi non conveniens mutavi in honorem Ill. Colouelli Justini *Ratonski* de Flora nostra meritissimi) aculeis confertis, rubentibus more *caninarum*. Petioli aculeati, aculeis aduncis. Foliola e majoribus 7na. Ramuli superne sparse setoso-aculeati. Receptaculum saepius setoso-hispidum. Flores sat magni, pallide rosei. Styli villosi. Stigmata in capitulum conglobati. Fructus ovati coccinei. Calycis segmenta in fructu reflexa decidua.

Proxima *R. Boreykianae*, differt vero: aculeis aduncis confertis, foliolis minoribus angustioribus coloribus, minus pubescentibus, floribus paucioribus et quidquam minoribus, stylisque magis villosis.

1520. *R. montana* *Stev.*

In quantum e parvo specimine taurico ab ipso auctore benevole mecum communicato video, differt a *R. alba*: foliis minoribus inaequaliter, imo subbiserratis, bracteis pedunculis vix pollicaribus longioribus, receptaculo elliptico, petalis parvis calyce brevioribus. Nostra pedunculis glabris variat. Ex Obodówka Pod. austr. *A.*

1521. *R. saxatilis* *Stev. MB. Suppl. p. 348.*

Var. β ? receptaculo laevi, foliis argutius serratis, subtus glaucescentibus mihi.

Hujus unicum solum specimen possideo, cui truncus et ramuli aculeati, aculeis compressis saepeatis,

basi oblonga, ramulorum ut plurimum infra stipularibus alteris subulatis, basi elliptica; stipulae lanceolatae superne glanduloso-serratae; petioli pubescentes aculeati, uti ramuli: foliola 5na rarius 7na, elliptica aut ovato-elliptica, acuminata, basi ut plurimum attenuata, ultra pollicem longa, inaequaliter serrata, serraturis mucronatis s. cuspidatis, supra laevia, subtus glaucescentia, venis villosis: ramuli 1-2 flori, bracteis late lanceolatis cuspidatis, superne glanduloso-serrulatae, pedunculis longiores; pedunculi vix pollicare subnudi: receptaculum ovato-oblongum, basi, magis vero superne attenuatum glabrum; calycis segmenta pinnatifida, pinnulis baseos incisae elongatis, apice dilatato, dorso glanduloso-hispida, margine et interne tomentosa corollam superant, quae rosea sat parva, petalis obcordatis; styli hirsuti; stigmata conglobata in capitulum ovatum. Ex Obodówka Andrz.

P. 21. n. 610 *R. terebinthinaeae*, fructus elliptici aut ovati occinei, calice patentissimo, aut subreflexo deciduo. Differt a *R. tomentosa* etiam flore majore et corymbis compositis (nec desunt tamen et huic ramuli uniflori) aculeis fuscis majoribus validioribusque et calycum pinnulis lanceolatis, quae ibi subulatae.

P. 19. n. 601. *R. tomentosa* Sm.

Nostra quadrat omnino in descriptionem cl. *Woodsii*, alia aculeis aduncis a me ad Tyram lecta, videtur potius *R. tomentosa* cl. *Smithii*, quae tamen specie non separandae.

R. tomentosa cum *villosa* jungit cl. *Schultz* in *Suppl. Fl. Storg.* Mibi lucensque distinctae videntur species.

Ibidem p. 597. *R. Andrzejowsciana* certe non est varietas *R. villosae*, uti putat L. B. *Marschal à Bieberstein* in *Suppl. p. 339*; differt foliolis minoribus, (in ramis lignecis) concoloribus viridibus, aculeis

muito copiosioribus, floribus majoribus pallidioribus, calycis segmentis magis pinnatifidis, in fructu patentibus. fructuque minore.

Ibidem n. 602. *R. villosa*.

Haec variat; 1, fructu nudo; Lecta prope *Luceorium* ab A. 2, fructu pyriformi-globozo. Talis occurrit in Pod. australi. A.

1522. *R. ciliato petala* mibi.

Hanc in Lithuania legi. Eandem quoque folus angustioribus et longioribus possideo e horto *Cracoviensi* nomine *R. villosae*. Differt a *R. villosa*, stipulis inferioribus obtusissimis, costa aculeatis more *R. caucasicae*, foliolis rotundioribus excepta *cracoviensi*, calycis pinnulis quidquam magis dilatatis, floribus rubrioribus et petalis breviter ciliatis. Fructum nondum vidi.

P. 21. n. 612. *R. pygmaea* MB.

R. pygmaea, *pumila* et *Czakiana*, cujus semina e horto nomine *R. lvescentis* divulgavi, adeo sunt affines, ut ardue sint distinguendae: aculei tamen fortiores adunci, quos quidem desidero in specimine taurico ab Ill. *Steven* mecum communicato, foliola subtus glabra, styli brevissimi vix tubum aequantes et fructus ovati *R. pigmeam* distinguere videntur.

Ibidem n. 611. *R. pumila* valde polymorpha variat: α , foliolis subsimpliciter serratis, serraturis obtusis, setis et aculeis horrida. E Podolia. β , foliolis argute biserratis valde setosa, et aculeata. Ibidem. γ , fructu subglobozo, foliolis obtuse subsimpliciter serratis, subinermis. E *Hesclce* Podol. occident. δ , fructu eodem, foliolis argute biserratis, subtus minus pallidis, glabriusculis, satis setosa et aculeata. E Podol. habet attamen stylos constanter villosos tubo longiores, in capitulum conicum (in var. α) vel hemisphaericum (in reliquis) conglobatos.

1523. *R. czakiana*, quam dixi in memoriam Illae Familiae de ustituto et horto botanico *Cra-*

menecensi meritissimae; differt a *R. punctata*, cui simillima, aculeis rarissimis debilibus rectis, setis cito evanidis, foliolis longioribus et angustioribus (oblongo-lanceolatis aequis, imo bipollicaribus junioribus ovaceis, stylis elongatis superne nudis in capitulum haemisphaericum conglobatis, floribusque minoribus. Fructus huius globosi. Fruticulus sesquipedalis.

P. 20. n. 607 *R. livescens* verò quam ad Tylum legi, quamque in hanc tractulisse putavi, fertur foliola parva et stylos villosos. Supponens habitum pygmaeum huius esse soli electum, ut in *R. Ratonskiana* sum expertus, refero. Huc adhuc fruticem magnam ad Hypanim obvium subinermem. aculeis rarissimis arcuatis inferne compressis, ramulis floriferis sparse setosis, floribus corymbosis, lectam ab *Andrzejowsco*.

1524. *R. Wolfgangiana* mihi *A. R. Czackiana*, recedit iterum caeterum illi proxima *Rosa* ab Ill. Colon. *Ratonski* in sylvâ prope *Wielkor* in Distr. *Równiensi* lecta. foliis minus glandulosis, receptaculo graciliori, coactura collis intra stamina conice elevata, petalis pallidis minoribus, stylis longissimis superne pubescentibus liberis, fructu, setis evanescentibus subnudo pyriformi. Hanc singularem speciem dedicavi in honorem Florae Lithuanicae cultoris indefessi, Professoris Pharmacologiae et Pharmaciae Caes. Universitatis Vilmensis cl. *Wolfgang* mihi amicissimi.

P. 46. *R. Jundzilliana* p. 316 n. 605. *R. Glandulosa* Descriptioni adhuc addenda sunt sequentia; Frutex validus, ramulis floriferis superne setoso-aculeatis. Foliola subtus plus minusve glandulosa, praecipue ad venas. *R. provinciali* videtur affinis, a qua tamen floribus pallidioribus, foliis non cordatis subtus nudis aliisque videtur diversa. Variat: β . foliis minoribus, basi minus rotundatis et glandulosis, petioli-

pubescentibus, aculeis paucissimis. E Kuna Pod. austr. *A. \gamma*, eadem aculeis fortibus, inferne compressis parum arcuatis. E *Charkowia* MB. δ . foliolis oblongis sesquipollicatis et ultra, subtus subglandulosis, serraturis divergentibus, aculeis similibus, fructibus globosis. E Distr. *Równ. A. \epsilon*, foliolis var β , minoribus, subtus minus glaucis, aculeis var. γ , ramulis floriferis, superne nudis, receptaculo magis subgloboso, floribus carneis. E Silesia a cl. *Gunthero*. ζ . foliolis var. β , sed subtus magis glandulosa, aculeis var. γ , ramis floriferis caeteris magis setoso-aculeatis. E *Krasnenki*. Pod. austr. *A. \eta*, foliolis praegressi omnibus minoribus, subtus valde glandulosis, petiolis et costis pubescentibus, aculeis var γ , pedunculis et calycibus parce setosis. E *Krasnenki*. *A.* Haec nisi intermediis jungeretur cum *R. Jundzilliana* ab affinitatem cum *R. provinciali* inter *gallicanas* militante, potius ad *rubigineas* transferri deberet.

P. 20. n. 606. *R. nitidulae* descriptioni adde, quod styli sint villosi, stigmata in capitulum conglobati et folia subtus plus minusve glandulosa; ideo ad sectionem *rubiginearum* refero. Utinque diversa videtur a *R. Jundzilliana*; attamen et hic non desunt specimina has species approximantes. Ipsa *R. Jundzilliana* charkoviensis foliolis minoribus, subtus minus glaucis pubescentibus, aculeis falcatis quasi medium stetit. Alia ad Hypanim, quam ipsissimam Ill. *Steven* habet ex agro Tifliensi, Iberiae recedit a nostra *nitidula*, foliis et floribus majoribus, petiolis solum glandulosis aculeatisque (nec pubescentibus) pedunculis nudis et setosis; appropinquat, etsi a *R. nitidula* non separanda, ad *R. septem Thull.* at flore majore, foliis minus glandulosis, calycibus magis pinnatifidis iterum recedit.

P. 46. *R. Klukii* mihi, p. 19. n. 600. *R. balsamica*. An

R. Klukii, *R. sepium* Thuill. et *R. glutinosa* Schulz specificè differant, valde dubito; nil certi tamen hucusque statuere audeo, ob defectum sufficientium speciminum completorum. *R. Klukii* ipsam solum siccam nosco neque fructum ejus maturum vidi. Affinitas quoque magna cum *R. floribunda* Stev. quae stylis superne nudis praecipue differt. *R. sepium* differt a *R. Klukii* petiolis non pubescentibus, foliis angustioribus, calycis segmentis dorso non glandulosis. (Fructum nondum vidi). *R. glutinosa* vero foliolis elliptico-lanceolatis. Fructus huic ovato-subglobofus.

1525. *R. floribunda* Stev. MB. *Suppl. p. 343. R. parvula* B. *charkow.* In Podolia rarior. *A. Inter* Torszow et Kowel in Volhynia legi Rosam florentem, quae forte propriam statuet speciem; at unicum solum fruticem vidi, tunc adhuc (initio Junii) vix florentem. Frutex 2-5 pedalis, cortice fusco, nitido, aculeis subulatis rectis deflexis, parum compressis, basi elliptica, sparsis, praecipue infra stipulas 3-4; superiores graciliores non deflexi. Stipulae lineari-oblongae, acutae, margine glanduloso-ciliatae, dorso glandulosae. Petioli villosi pubescentes, glandulosi, plus minusve aculeati. Foliola 5-7na, elliptica acutiuscula parvula, utrinque villosi-pubescentia biserrata, serraturis et subtus glandulosa. Bractae ellipticae cuneatae pedunculis longiores, dorso glandulosae, pedunculi 2-4, seminiferi pollicares cum receptaculo obovato violaceo, setis glanduliferis adspersi. Calycis segmenta pinnulis paucis lineari-lanceolatis instructa, dorso glanduloso-hispida, intus tomentosa, petalis brevioribus. Flores intense rosei parvi (vix *R. rubiginosae*). Corolla patens, petalis subhilobis, margine inaequaliter ciliatae. Habere in pro varietate villosa *R. rubiginosae* ad aculeos recti et petala ciliata contradicunt.

Caeterum fere *R. villosam*, parvifoliam refert.

P. 19. n. 603. R. Caryophyllaea, descriptioni adde: petiolis saepius esse pubescentia expertes. Styli sunt villosi, stigmata in capitulum conglobati et petala saepius glanduloso-ciliata. Variat; 1, foliis majoribus utrinque obtusioribus, et 2, angustioribus oblongo-lanceolatis supra minus glandulosis, floribus fructibusque majoribus, basi magis attenuatis. Haec praecipue magis accedit ad *R. cuspidatam* MB. quam ad *Iberiam* Stev.

P. 21. n. 614. Rubus caesius. Div. *Linneus* dicit caulem teretem aculeatum purpurascentem, samentoso-mutantem. (Cci. *Smith.* addit pruinosum), folia subnuda utrinque viridia, exteriora foliola subbiloba. *Flor. Suec. p. 172 n. 445;* at silet de vestitu calycum, quem glanduloso-pubescentem petiit *cl. Hayne* in *Schult. Oestr. Fl. T. II. p. 77.* Noster quadrat in descriptionem *Linnei*, at calycum vestitu solum tenuissime pubescente et foliis concoloribus, exterioribus subbilobis, nec subtus glandulosi, uti monstrat *cl. Schkuhri icon. CXXXV.* differt a stirpe germanica. Noster est setaceo-aculeatus. Folia ut plurimum inciso-lobata sunt rugosa et subtus pubescentia. Caeterum a nostro vix differt *R. nemorosus* *Hayne* secundum specimina *Rotchelian.* Ad nostrum refero adhuc qua varietates duos *Rubos* et Podolia ab *Andrzejowscio* allatos, de quibus solum solitaria specimina sine fructibus vidi. Prior differt a vulgari stipulis multo majoribus, et foliis subtus mollissimis; alterius caulis ipse est hirsutulus, aculeis minus deflexis, foliis supra pubescentibus, subtus tenui incano tomento tectis, calycibus villosis.

1526. *R. agrestis* W. et K. In Podoliae arvis. *A.*

P. 21. Rubus, de quo ibidem mentionem feci, serius *p. 343.**

n. 430, pro *R. corylifolio* agnovi.

Ibidem n. 620. *Potentillae rectae* varietatem β , nomine

1527. *P. pallidae* e Horto *madridentensi* colo.

1528. *P. inclinata*. Saltem *Fl. Taur-Cauc. T. I. p. 407*. In *Podolia. A.*

1529. *P. patula* *W. et K.* In *Podolia austr. A.*

CLASSIS XIII.

MONOGYNIA.

1530. *Glaucium tricolor* *Bernh.*

Differt primo intuitu corolla duplo majore miniata, basi macula nigricante, areola pallida cincta; attamen monco iconem in *Fasc. XXIV Florae Londinensis Edit. 2.* quadrare in *G. tricolor*. Ipsemet *Odessae* legi, in *Podol. austr. Andrzejowski*.

1551. *Papaver laevigatum* *MB. Suppl. p. 364.* Prope *Odessam L. B. MB. et A.*

TRIGYNIA.

P. 22. n. 649. Aconitum Anthora.

Hoc est *A. Jacquini* *Reich.* quocum, ut de hac re certior fiam, specimina omnium *Aconitorum* nostratium, et horti communicatus sum.

1552. *A. euphorium* *Reich. Monog. Fasc. II. p. 69. t. 5.* In *Podol. austr. A.* Hae species vix foliis differunt, potius pubescentia et paniculae et germinum, forma cassidis s. galeae et staminum. *A. Jacquini* nostrum fert folia semper latiora quam *austriacum*, laciniisque magis divergunt. Caulis, folia et pedunculi leviter pubescentes. Flores subundi, casside parum infra. Germina vero villis patentibus sordidis villosissima (villis fere lineam longis). Styli patentes superne nudi sesquilineam longi. filamenta luda, membranacea integra. Nectarii labium laeviter emarginatum.

A. euphorium differt pubescentia florum, cassidis apice valde infra, quandoque nostro fere incumbente, filamentis saepius subtricuspidatis s. medio utriusque dente instructa, germinis villo minus patente pallidore et nectarii labio fere bilobo. Ab his recedit *A. nemorosum* *MB. in Lit. et Reich. Monog.* cujus nullum hucusque possideo specimen indigenum, nisi cl. *Reichenbach l. c.* citat ad hoc *A. Anthora latifolium* *Bess.* foliorum laciniis brevibus duplo fere latioribus lineari-lanceolatis, cassidis apice magis quam in *A. euphorio* rostro incumbente (talis saltem in specimine meo ab ipso auctore mecum communicato cl. *Reichenbach* vero descripsit *l. c.* et depinxit cassidem vix infraactam (filamentis integris, medio parce pilosis.)

1553. *A. Stoerkeanum* *Reich. Uebersicht der Gatt. Aconit. p. 49. A. neomontanum* *W. et Prim. Flor. Gal. P. I. p. 345.*

Recipio hanc speciem, etsi eam spontaneam nunquam legi, nam in omnibus hortis rusticis existit et ex eo *Pharmacentae* nostri plerumque extractum s. succinum inspissatum parant.

1554. *A. gracile* *Reich. l. c. p. 55. A. strictum* *Cat. h. Crem. 1816.* In *Volhyniae nemorosus.*

n. 646. *A. Cammarum?* est *A. Rhyuchanthum* *Reich. l. c. p. 56.* attamen cl. Auctor monet in literis adhuc dubium esse, ane hoc *Aconitum* ab *A. variegato* *L.* revera specie differat. Hocce hucusque in *Volhynia* nondum lectum. Crescit in *Pod. A.*

n. 648. *A. Lycoctonum* *Podolicum* est *A.*

Lasiostomum *Reich.* in *lit.* addens: *A. ochroleuco* simillimum, differt vero fructibus pubescentibus, calcare subspirali, quam in isto fructus glaber, calcar arcuatum sit:

n. 647. *A. Septentrionale*, quod ipse cl. *Reichenbach l. c.* pro *Australi* suo habuit, est *A. moldavicum* *Hacq.* ex eodem in *lit.*

1535. Forsan specie ab hoc differt *Aconitum* praecedenti habitu et foliis simillimum, cum eodem quoque crescens in monticulis *Kulkoviensibus Crem.* flore albo (color in *Lycotoxonoideis* vix variabilis *Reich. in. lit.*) calcare nectararii subspirali, casside magis conica, buccis fere orbiculatis, petalis infimis latioribus.

P. 22. n. 654. *Hypericum perforatum*. Huic simile est specimene ab *Andrzejowsio* allatum e *Podolia* ad *Tyram*, diversum tamen canle simplici, foliis lineari-oblongis, calycis segmentis longioribus lineari-lanceolatis acutissimis integerrimis (nec lanceolatis) superne obsolete-serrulatis.

POLYGYŃNIA.

P. 22. n. 662. *Anemone sylvestris*. Loco hujus substituenda est *A. alba* *Dec. Syst. R. veg. Vol. I. p. 208.* *A. ochotensis Fisch. Cat. h. Gorenk. 1812 n. 47.* ei specie revera differt.

Saltem receptaculum ellipticum non fert illos pilos plumosos, quales depinxit *cl. Schkuhr* in tab. *CL.* sed villos subflexuosos confertos vix lineam longos et flos constanter est 5 sepalus, sepalis nunc majoribus, nunc minoribus (huc *A. sylvestris b. pusilla Rochel. pl. ex sicc.* et nostra var. β .) ovatis aut elliptico-subrotundis, quandoque plus minusve emarginatis. Villositas caulis et petiolorum semper notabilis. Folia plus minusve inciso-serrata.

1536. *Ranunculus Lingua* L.

1537. *R. nemorosus* *Dec. Syst. R. veg. V. I. p. 280.* In nemorosis *Podol. A.*

1538. *R. montanus* *W.* In monte falconario (*Sokola góra*) *Cremen. A.*

P. 23. n. 684. *R. acris* L. Hujus varietatem eximie parvifloram legimus *Cremeneci.*

CCCCXCI. *Ceratocephalus* *Moench.*

1539. *C. testiculatus* *Crantz. et MB. Suppl. p. 386.* (*Ranunculus*)

C. Orthoceras, Dec. Syst. R. veg. Vol. I. p. 231. R. falcatus Prim. Fl. Gal. P. I. p. 361. In *Podoliae arvis. A.*

1540. *Helleborus niger* L. In sylvis circa *Sawrañ.* *Pod. austr.*

Cremeneci die 16 Octobr. 1821.

CLASSIS XIV.

GYMNOSPERMIA.

1541. *Mentha Pulegium* L. In *Podolia* ad *Tyram. A.*

P. 25. n. 746. *Melittis Melissophyllum*. Nostra aequae ac *Prim. Fl. Galic. P. II. p. 43. (excl. Syn. Jacq.)* est *M. grandiflora* *Smithii.* Huc spectat *Schl. t. CLXVI.*

1542. *Scutellaria hastifolia* L. In saxosis ad *Hypanim. A.*

ANGIOSPERMIA.

CCCCXCII. *Verbena* L.

1543. *V. officinalis* L.

P. 25. n. 754 *Euphrasia officinalis*. Var. β , *nemorosa* *Pers. Syn. P. II. p. 149* occurrit apud nos promiscue cum vulgari.

Ibidem n. 773. *Digitalis ambigua* nostra est *D. ochroleuca* *Jacq.* quam *cl. Lindley* in *Digitalium* monographia tab. VIII, e specimine culto nimis giganteo depinxisse videtur, non confundenda cum *D. ambigua* *Murr. et Lindl. (D. intermedia Pers. Syn.)*

CLASSIS XV.

LOMENTACEAE *Andrz. Goldb. et Dec.*

1544. *Rophanus maritimus* *Sm. Raphanistrum maritimum* *Andrz. Odessae. Andrz.*

NUCAMENTACEAE.

1545. *Crambe maritima* L. Ad *ostia* *Tyrac. A.*

1546. *Isatis campestris* Stev. Ad Tyrā in Podolia. Circa Balam III. Steven.

1547. *A. littoralis*. Dec. Syst. R. veg. T. II. p. 569.

ANGUSTISEPTAE DEC.

SILICULOSAE SEPTO-CONTRARIO L.

P. 26. n. 797. *Thlaspi montanum*. Nostrum est *Thl. praecox* Wulf. in Jacq. Collect. T. II. p. 124. t. 9. *Thl. montanum* et var. β . Dec. l. c. p. 380. Andrzejowski vero species diversa, qui sequentia de hac planta notavit. T. foliis carnosis glaucescentibus, oblongo-cordatis, acutiusculis amplexicaulis, siliculae lobis acutiusculis divergentibus, stylo emarginaturam duplo superante. In *T. montano* Jacq. Fl. Austr. t. 237. silicula obovata, lobis patulis obtusis, stylo emarginaturam vix superante, folia et tota planta viridis habitusque diversus. And. MS.

LATISEPTAE DEC.

SILICULOSAE SEPTO-PARALLELO L.

1548. *Camelina dentata* W. (Myagrum). In Podolia. A.

1549. *C. microcarpa*. And. Dec. l. c. p. 517. In Podolia. A.

Ibidem n. 800 *Abyssum campestre*. E synonymis cl. Schkuhr et Florae Taurico-Caucasicae a cel. Candollio ad *A. calycinum* ductis, et nostrum ibi spectaret. attamen staminum appendices contradicunt.

Ibidem n. 808 *A. saxatile* est *A. saxatilis* var. β . Dec. l. c. p. 362. *A. petraeum*. Andr. MS.

Ibidem n. 813 *Draba verna*. *Erophila verna* Dec. l. c. p. 356. Hujus possidemus varietatem siliculis oblongis, utrinque acutis. *D. verna* Krok. Siles. T. II. p. 8. t. 28. Schkuhr. t. CLXXIX. (plantae florentes: fructus est vulgaris.)

1550. *D. lutea* Glib. Fl. Lithuan. Collectio IV. p. 46. et ejusdem

C. Linn. Syst. pl. Europ. T. 1. Pl. rar. et commun. Lith. observ. aut descript. illustr. p. 39. Dec. l. c. p. 351. *D. muralis* b. *intermedia* Mart. Prod. Fl. Mosqu. Ed. 2. p. 111. *D. intermedia*. And. MS. Retro arcem Cremenezi cum *D. nemoralis*.

SILICUOSA.

P. 27. n. 819. *Dentaria pinnata* est delenda. Specimine *D. quinquefoliae* sub nomine *D. pinnatae* accepto seductus, varietatem *D. hypnicae* pro hac declaravi. CCCCXIII. Malcomia. R. Br. in Hort. Kew. Ed. 2. Vol. IV. p. 121.

1551. *M. africana* L. (Hesperis). Et cum hac varietas? quae subcaespitosa, ramis paucis erectis, foliis radicalibus runcinatis, caulinis subsessilibus serrato-dentatis integerrimisque, a praecedente differt, (A. MS.) in apricis cretaeis circa oppidum Jaorlik Podol. australis obvia. A.

P. 27. n. 843. *Hesperis matronalis*. Nostra est. *H. runcinatae* var. β . Dec. l. c. p. 449. *H. bituminosa* Savi (ex eodem) *Deiisma suaveolens*. Andr. MS.

1552. *D. inodora* And. Cel. Candollius hanc ut var. β . *Sylvestrem* II. *matronalis* considerat l. c. p. 451 Andrzejowscius ut speciem conservat.

1553. *Erysimum repandum* L. In collibus apricis Podoliae australis ad Jaorlik frequens. A.

1554. *E. exaltatum* And. E. canescenti-scabrum, foliis linearilanceolatis, utrinque attenuatis patentibus remote denticulatis, siliculis erecto-patulis, glandulis externis bicornibus.

Caulis 2-5 pedalis paniculatus, folia radicalia cuceato-lanceolata, repando-dentata, caulina patentia, utrinque attenuata, denticulis minimis dentata, flores *E. odorato* majores inodori lutei, petalis retusis, glandulae externae 3lobae, lobo medio minimo, lateralibus

acutis patentibus, stylus brevissimus, siliquae ad angulum 70^o fere patentibus, crassae incanae. — Affine *E. grandifloro* MB. Fl. T. C. differt foliis magis patentibus, minus dentatis, stigmatate fere sessilibus, siliqua magis patente longiore glandularum externarum dentibus lateralibus acutioribus, medio minore obtuso. *And. MS.* In Pod. austr. *A.*

1555. *E. Marschallianum* *And. MS. Suppl. p. 441.* in nota. *Dec. l. c. p. 510.* *E. strictum*, foliis lanceolatis, basi attenuatis, carinatis, denticulatis, siliquisque strictis, glandulis externis truncatis subtrilobis, stylo longiore.

Differt ab *E. hieracifolio* habitu, foliis siliquisque strictioribus, floribus aureis, stylo $\frac{1}{2}$ brevior, stigmatate vix bilobo, glandulis externis truncatis, vix lobatis, lobis breves subaequales exigui. *And. MS.* In Podoliae australi, pratis subsylvaticis circa *Sawrah* frequens. *A.*

CCCCXCIV. *Cheiranthus* L.

1556. *C. versicolor* MB. *Erysimum versicolor* *And. MS.* In Podolia occidentali circa pagum *Weselce* Distr. Proskirów. *A.*

P. 323. n. 833. *Barbarea vulgaris*, nostra videtur var. β . *Dec. l. c. p. 206*, ob folia superiora quoque sublyrata.

1557. *B. praecox* Sm. (*Erysimum*). Duae hae species vix foliorum superiorum, forma et directione siliquarum diversae, apud nos occurrunt; prima, cui folia lyrata, herba mucilaginosa nauseosa, flores aurei, in cultis et in incultis ubique biennis; altera foliis pinnatifidis, floribus pallidioribus, gustu *Lepidii sativi*, in acetariis usitata, non raro in humidis ad Hypanium in Circ. *Haysinensi* Pod. Perennis? *And. MS.*

1558. *B. stricta* *And.* *B.* caule, racemis, siliquisque strictis adpressis, foliis inferioribus lyratis, superioribus oblongis basi attenuatis sagittatis, inciso-dentatis. Caulis 1-2 pedalis, erectus, striatus,

glaber a medio ramis paucis strictis, inferiora lyrata, lobo extimo maximo, subrotundo obtuse inaequaliter dentato, lateralibus alteris confluentibus, oblongis obtusis; superiora oblonga obtusa, ad basin attenuata, basi sagittata amplexicaulia, inaequaliter obtuse inciso-dentata. Flores praecedentibus minores flavi, siliquae strictae congenerum longissimae,

stylo vix latitudinem superante. *And. MS.* In Podoliae austr. Distr. *Baltensis* et *Olhopolensis* umbrosis subhumidis rarior. *Annua? A.* 1559. *Arabis recta* *Vill. Willd.* et *MB.* *A. auriculatae* var. β . *Dec. l. c. p. 220.* *Apodocarpum rectum.* *And. MS.*

1560. *A. dasycarpa* *And.* (*Apodocarpum*) *Dec. l. c. p. 244.* *A. recta* *Baumg. Enum. pl. M. P. Transylv. T. II. p. 269.* (*excl. synonym.* Utramque in apricis Pod. austr. Distr. *Baltensis* ad *Tyram* legit *Andrz.*

P. 323. n. 821. *Cardamine hirsuta?* Sub hac latere praeterverram

1561. *C. sylvatica* *Link.* (non *Prim. Fl. Gal.* de qua inferius sermo erit), *C. hirsutae* var. *Prim. Fl. Gal. P. II. p. 76.* *C. impatiens* *Fl. Dan. t. 735* et

1562. *C. umbrosa* *And. Dec. l. c. p. 260.* *C. hirsuta* *Prim. Fl. Gal. l. c. excl. varietate et synonymis.*

1563. *C. dentata* *Schult.* in *Prim. Fl. Gal. P. II. p. 77.* *Dec. l. c. p. 258.* Cujus varietates foliolis caulinis oblongis est *C. sylvatica* *Prim. Fl. Galic. P. II. p. 76. excl. syn.* In pratis humidis et paludosis *Cremeneci* et *Polisiae.*

P. 323 n. 848 *Brassica campestris.* Nostra est *B. napus* L.

CLASSIS XVI.

DECANDRIA.

P. 28. *Geranium collinum.* Variat: α , pedunculis, pedicellis calyce et rostro fructus pilis patentissimis, glanduliferis tectis; β , pi-

lis pedunculorum inferiorum deflexis eglandulosis, superiorum et reliqua ut in *α*; *γ*, pilis eglandulosis, pedunculorum et pedicellorum deflexis, calycem vero et rostri erectis adpressis. Corolla semper (et in speciminibus *L. B. MB.*) calyce fere duplo longior, petalis basi utrinque barbatis (nec vage hirsutis), caeterum nudis.

Ibidem n. 860. *G. umbrosum*. Hoc est idem cum *G. pyrenaico L.*

POLYANDRIA.

CCCCXCV. *Hibiscus L.*

1561. *H. vesicarius L. II. trionum MB. Fl. Taur-Cauc. T. II. p. 144. excl. syn. praeter Pallasii et Haublitzii. In Podolia australi. A.*

CLASSIS XVII.

HEXANDRIA.

1565. *Corydalis Marschalliana Pall. In Podolia australi. A.*

Ibidem n. 884. *Polygala vulgaris*. Hujus varietatem *β* modo ut propriam agnosco speciem; est quidem mihi.

1566. *P. Vaillantii*, foliis lanceolatis, alis calycinis ellipticis, capsula vix longioribus, bractea inferiore pedunculum subaequante. *P. minor vulgaris* flore caeruleo et albo. *Vaill. Bot. Paris t. 32. f. 3.*

P. vulgaris var. β. Prim Fl. Galic. P. II. p. 104.

Folia plerumque late lanceolata; infima obovata; alae calycinae obtusae mucronatae. Flores caerulei aut albi. In *P. vulgari* bractea inferior ante anthesin florem superat.

1567. *P. decipiens*, foliis obovato-lanceolatis, radicalibus maximis obtusissimis, alis calycinis trinerviis ellipticis flore cuneatis, corollam vix superantibus, capsula brevioribus, caulibus adscendentibus simplicibus. Mihi *P. amara Florae Lithuan.*

P. Amara flores caerulei, rarius albi. Variat foliis radicalibus minoribus, et floribus quidquam

majoribus. In pratis humidis, versus pontem regium Cremenecii et in *Lithuania.*

P. amara, caulibus crassioribus, foliis superioribus lanceolatis obtusis, floribus purpurascenti-caeruleis duplo majoribus, alis corolla et capsula longioribus, sufficienter est diversa; magis propinqua sunt nostrae *P. multicaulis Tratt. et Austriaca Crantz.* Prior secundum specimen ab amicissimo *Schultesio* vix amicans fert folia caulina lanceolata, flores quidem majores, alas corolla breviores et capsula longiores, atque capsulam basi rotundatam, nec cuneato-atenuatam; alterius fere insipidae folia radicalia sunt reliquis parum majora, caulina obtusa, caules ramosi, alae et corollae et capsulae aequales. *P. parviflora Loisel. Notices à ajouter à la Fl. de France p. 104*, quam quidem nonnumquam vidi, videtur sufficienter differre alis calycinis uninerviis, caule ramoso, foliis caulinis linearibus et radicalibus ovatis, atque duratione, quam annuam notat et nostra, si non perennis certe biennis est.

Ibidem n. 887. *Genista albida*. Huius loco substituat

G. tetragona, subsericea foliis suboppositis, lanceolatis, floribus subracemosis, caule tetragono sulcato decumbente, ramis adscendentibus mihi. Flores flavi, vere floret. Ad Tyram a *Jaorlik* ad *Raszkow* spatio 7 milliarium frequentans. *A.*

P. 29. n. 901. Lathyrus pratensis. Adde varietatem majorem canescentem e *Podol. australi* lectam ab *A.*

1568. *Vicia villosa Roth. Cremeneci* inter segetes rarior.

1569. *V. tenuifolia Roth. In Podolia austr. A.*

1570. *V. sepium L.*

1571. *Cytisus sessilifolius L.* Prope *Orochów* in *Vollhynia A.*

Ibidem n. 919. *C. supinus*. Admodum polymorphus. In siccis

apricis prostratus, in nemorosis
adscendens ad ulnam et ultra.

1572. *C. biflorus* P. Herit.

1575. *C. rathenicus* Fisch. Am-
bo in Podol.

Ibidem n. 923 *Caragana mollis*
speciminibus plurimis intermediis
iungitur cum *C. frutescente*, ut
nulla ratione distinctam formare
possit speciem; α glabra, foliis et
floribus maximis, pedunculis flore
longioribus, calycis dentibus ma-
ximis; β glabra, foliis minimis,
mucrone maximo floribus minimis
pedunculis brevioribus, calycis
dentibus minoribus; γ pubescens,
pedunculis brevissimis, floribus
mediis, calycis dentibus magnis
R. mollis MB. Suppl. p. 477; δ
minus pubescens, floribus var. α ,
calycibus majoribus, pedunculis
longioribus; ϵ vix pubescens, flori-
bus et calycibus var. α , pedunculis
longitudine florum; ζ glabra, ca-
lycis dentibus minimis.

1574. *Onobrychis conferta*. Sal-
tera Flor. Taur-Cauc. T. II. p.
189. asserente Ill. Steven. In Po-
dolia austr. A.

Ibidem n. 927, *O. petraea*. No-
stra est nova species, quam *O.*
gracilem appello atque definio:
O. caulis adscendentibus, foliis
pinnatis, foliolis lineari-lanceolatis
mucronatis, costa saepius supra
adpresso pilosis, alis vix calycis
tubo longioribus, lomentis sim-
plicibus subrotundis canescentibus
aculeato-dentatis. Mili. Perennis.
Caulis diffusio-adscendentes. Flo-
res parvi. Vexillum carneum, striis
purpureis, et interne utrinque ma-
cula flavescens. Carina versus
apicem purpurascens. In Bessara-
bia legi varietatem? foliis latiori-
bus acutissimis, floribus dimidio
majoribus et lomenti dentibus du-
plo longioribus.

Ibidem n. 931. *Astragalus pon-
ticus*. Noster omnino quadrat in
descriptionem et iconem *cel. Pal-
lasii Astragal.* p. 14. n. 16. t. II.
hac solum differentia, quod folia
caulium vix emarginata (quod
tamen in rameis locum habet); ab

hoc vero valdopere recedit alius;
quem *L. B. Marshall a Bieber-
ste u* agnoscit pro suo *A. pontico*,
cujus specimina e campis australi-
bus tanaicensibus et benevolentia
cel. viri et taurica ab Ill. Steven
coram me habeo.

1575. Huic caulis hirtus, stipu-
lae lanceolatae marcescentes maxi-
mae, capitula longius pedunculata,
pedunculis capitulis subaequales,
bractea inferiore calycis vix brevior,
calycis dentes ovato-subulati fere
duplo longiores et legumina $\frac{1}{2}$ lon-
giora. Reliqua fere eadem. Semina
matura comperere non licuit.

Ibidem n. 935. *A. cinereus* est
A. pallescens MB. Suppl. p. 489.

P. 30. n. 944. A. Odssanus est
A. vimineus MB. Suppl. p. 489.

1576. *Trifolium diffusum* Ehrh.
In Pod. austr. *A. ipsemet* in Bessa-
rabia.

1577. *T. ambiguum* MB. In
Podol. australi. A.

1578. *Medicago media* Pers.
In pascuis Podoliae. A.

1579. *M. scutellata* L. Circas-
Sawrañ A.

CLASSIS XIX.

POLYGAMIA AEQUALIS.

1580. *Tragopogon orientalis*
Wahl. Fl. Carp. n. 770 non Linnei.

An vero revera specie differat a
T. pratensi, dubito, nam in eodem
specimine anthodium radios modo
adaequat, modo est brevius, quod
et in altero observo. Non minus
est variabilis numerus segmentorum
anthodii; in eodem specimine qui-
dem ab 8 ad 10. In Podol. austr.

*P. 30. n. 974. Scorzonera hi-
spanica*. Nostra est omnino inte-
grifolia, margine subinde crispato,
nec desunt specimina caules simplici,
quae nonnisi foliis caulinis ample-
xicaulis differunt a *Sc. taurica*
MB; moneo tamen cultam *S. tau-
ricam* e seminibus *H. Gorenk.*
exuere pubescentiam et nulla nota
differre a *S. glastifolia* *W.* a qua
Sc. stricta *Horn.* e seminibus *H.*

Vindeb. culta nonnisi habitu strictiore et foliis quidquam angustioribus, atque *Sc. hispanica* Europae occidentalis culta foliis inferioribus sinuato-dentatis differt.

1581. *S. stricta* Horn. et MB. *Suppl.* p. 522. Nostra in Podolia australi et circa *Odessam* occurrens fert flores quidquam minores quam caucasica; caeterum non distinguendae.

1582. *S. austriaca* W. *S. humilis Pers.* Syn. In nostram, quam in Podolia australi observavit *An-drzejowskius*, unice quadrat *Sc. humilis angustifolia* Clus. *Hist.* 2. p. CXXXIX; at fateor inter hanc et *Sc. humilium* intercedere alia specimina, quae pro *S. humile angustifolia* habuimus, quaequae a *S. radiata* Fisch. vix scapo nudo, et flosculis exteribus quidquam brevioribus discernere valeo.

1583. *S. carisifolia* Pall. In Podoliae australis salsis. *A.*

Ibidem n. 978. Podospermum laciniatum, nostrum est illud caule et foliis margine et costa subtus muricato-scabris, anthodii segmentis interioribus acutis, flosculis paulo brevioribus (tale et e Caucaso ab amicissimo *Fischero* possideo) quod cl. *Treviranus* pro vera *S. laciniata* L. agnoscit. Ab hoc vero diversa est *Sc. laciniata* Jacq. caule glabro aut evanido lanato, foliis glaberrimis, anthodii segmentis interioribus obtusis, flosculis multo brevioribus, quam cl. vir *calcitrapifoliam* *Vahl.* esse putat.

Planta quam in horto nomine *P. calcitrapifolii* colo potius in priorem quadrat et nonnisi colore glaucescente totius plantae et foliorum laciniis latioribus, terminali ovata, differt.

1584. *Sonchus tataricus* L. Ad littora Ponti Euxini *Odessae* legitur a. 1816.

1585. *Prenanthes viminea* L. In Podol. australi. *A.*

1586. *Taraxacum erythrospermum* *Andrz.* T. cal. exteriore laxo, diudivo brevioribus; scapo unifloro, foliis ruicinatibus glabris,

laciniis lanceolatis, rachique subulato-dentatis, seminibus rufis mihi. Semina *T. dentis Leonis* in *Florae Lond. Fasc. V. Ed. 2.* sunt olivacei coloris aequae ac nostrae. In Vohlynia et Podolia frequens. Anthodium minus squarrosus et seminibus rufis praecipue differt.

Ibidem n. 991. Apargia autumnalis nostrae est *A. pratensis* Link.

Ibidem n. 996. Hieracium pilosella. Videns in icone *el Sturmii Fl. Germ.* flosculorum tubum extus glabrum, qui quidquam lanatus est in nostro, de specie dubius fui, donec *Vilnae* in *Bibliotheca Caes. Universitatis Floram Londin.* viderem, ubi in *Fasc. 41 Hieracium pilosella* tale quale nostrum, est depictum. Occurrit caeterum flore majore in Podolia australi (*A.*) et variat? villo albo et fulvo.

Ibidem n. 998. H. praemorsum. Cum hoc (*repis fistulosa* *Fisch.* est una eademque planta.

1587. *H. stoloniferum.* Sub hoc nomine (quem ne confundas cum *H. stolonifloro* W. et K.) colui in horto *Hieracium* e seminibus e horto Landishut. ab amicissimo *Schultesio*, quod demum et in Vohlynia deteximus. Peraffine *H. Bauhini*; attamen differt foliis brevioribus, latioribus et obtusioribus, supra namque setis longis adpersa, floribus minoribus, anthodiis quidem profunde viridibus, attamen nec atris uti alterius, sed potius a pilis pallidis canescentibus.

Ibidem n. 1011. H. umbellatum. Hujus varietatem sic dictum *H. coronopifolium* prope *Kolesuki* in Distr. *Ostrog* legit *Ill. Ratomski.*

1588. *Carduus arctipides* W. In pratis demissis prope *Kolesuki* Distr. *Ostrog.* Hortul. *Witzell.*

P. 32. n. 1034. Cirsium ciliatop affine nostram ut modo e *Supplemento Fl. Taur-Cauc.* p. 557. video, est *C. ciliatum hybridum.* (*cat. h. Gor.* 1812 p. 35.

1589. *C. serrulatum* MB. In Podolia australi. *A.*

Ibidem n. 1040 C. incanum no-

strum est *C. setosum* MB. *Suppl.* p. 561.

1590. *Serratula arguta* Fisch. Si specie revera a *S. tinctoria* differt, nam folia radicalia integra et in hac occurrunt, atque anthodii squamae in altera plus minusve sunt mucronatae.

CCCCXCVI. *Carthamus* L.

1591. *C. tauricus* MB. Circa Odessam. A.

1592. *Chrysocoma dracunculoides* Lam. In Podolia australi. A.

1593. *Artemisia procer* W. Revera spontaneam eam hucusque nondum legimus, at in omnibus fere hortis rusticis Volhyniae, Podoliae et Galiciae orientalis locum tenet.

1594. *A. salina* W. In salsis Podoliae australis. A.

1595. *A. monogyna* W. et K. Circa Odessam LB MB.

CCCCXCVII. *Absinthium Tournefortii* Lam. In Podolia australi. A.

1596. *A. ponticum* L. (*Artemisia*). P. 33. n. 1075 *Erigeron asteroides*. Ne confundas cum *E. asteroides* aliorum, nomen nostri in *E. podolicum* mutavi.

Ibidem n. 1081. *Senecio Jacobaea*.

Huic folia elliptica, inferiorum pinna terminalis ovata maxima. Bracteae et calyculi squamulae patulae, radius integer. Haec variat radio longiore. Alter var. β floribus duplo majoribus, radio magis aureo apice crenato (bracteis et caliculo non differt), foliis oblongo-lanceolatis, inferioribus pinna terminali oblonga maxima variat: α foliorum laciniis rarioribus, magis distantibus in Volhyniae sylvaticis; β , foliorum denticulis acutis in Podol; γ , altitudine gigantea (10 pedum) prope Camenecum Podol. A. δ , foliis tomento evanido tectis, quem L. B. Marshall à Bieberstein pro suo *S. Jacobaea* agnoscit.

1597. *S. erucifolius*? Convenit cum taurico excepto vestitu. Non est viridis, foliis supra pilis sparsis brevibus, hirsutulis, subtus tomento raro quidquam canescentibus, nec tomento tenui incanus.

Caeterum nec in nostro, nec in taurico, nec in planta ex agro *Erfurtensi* a cl. Berhardo, quem potius *S. tenuifolium* Jacq. esse putarem, anthodii segmenta apice rubra, nec caliculus adpressus. Circa Krzywczył prope Camenecum Podol. legi a. 1817.

1598. *Aster tripolium* L. In salsis Odessae legi 1816.

CCCCXCXVIII. *Senecillis* Görtz.

1599. *S. glauca* L. (*cineraria*). In campis in confinibus Volhyniae et Podoliae prope Kupiel A.

Ibidem n. 1102 *Inula hirta*. Haec variat foliis a lineari-lanceolatis usque ad elliptico-lanceolata. Simili modo quoque

Ibidem n. 1103. *I. salicina* servata tamen, semper basi cordata.

1600. *I. media* MB. *Suppl.* p. 576. In Podol. austr. A.

P. 34 n. 1108 *Chrysanthemum leucanthemum*. Occurrit quoque hirsutum.

1601. *C. segetum* L. In arvis Podol. Andrz.

Ibidem n. 1113. *Matricaria Chamomilla* nostra habet pappum radii membranaceum utceolatum, quem primo D. Ant Strzelecki tempore exercitiorum botanicorum observavit. Caeterum nescio quo differt a vulgari.

POLYGAMIA FRUSTRANEA.

1602. *Centaurea salicifolia* MB. In campis Bessarabiae. A.

Ibidem n. 1134 *Centaurea paniculata*? nostram esse *C. ustulatum* Dec. et Lam. asserit Ill. Steven. Alia vero specimina quae *C. ovinae* esse putavi L. B. Marschal à Bieberstein pro vera *C. paniculata* germanica declaravit.

Ibidem n. 1135 *C. arenaria*. Et nostra format illos appendices membranaceos ad latera apicis squamarum anthodii; nostra vero est erecta ramosissima, dum planta seminibus tauricis in horto culta sit diffusa. Anne duae species diversae conformatione anthodii similes?

P. 35. n. 1144. loco "H. Knd., lege: H. Vind.

1603. *C. centauroides* L. In *Po-dolia australi* A

1604. *C. crupina* L. Circa *Odes-sam* A.

POLYGAMIA NECESSARIA.

1605 *Calendula officinalis* L. Quasi spontanea in cultis.

POLYGAMIA SEGREGATA.

Ibidem n. 1151. *Echinops Ritro-noster* est *E. ruthenicus* Fisch in *(at H. Gor. 1812 p 37. MB Suppl. p 597. Circa Odessam legi* varietatem 1-2 pedalem, foliorum pinnis distantibus, vix sesquiter-tiam lineam lata.

CLASSIS XX.

MONANDRIA.

Ibidem p. 1152. *Orchis cucullata*, secundum *cel. R. Brown* ad habena-rias spectat.

P. 36. n. 1174. *Corallorhizae innatae* tubera exsiccatae, bene observante *cl. Wolfgang* odorem gratissimum *Vanillae* spargunt.

CLASSIS XXI.

MONANDRIA.

Ibidem n. 1178. *Arum macula-tum* nostrum aequae ac *Prim. Fl. Galic. P. II. p. 230.* est *A. orien-tale* MB.

CCCCXCIX. *Ceratocarpus* L.

1606. *C. arenarius* L. In *Bessa-rabiae* sabulosis legi 1816.

MONADELPHIA.

D. MOMORDICA L.

1607 *M. elaterium* L. *Odessae* A.

CLASSIS XXII.

DIANDRIA.

P. 37 post n. 1242 inseratur.

1608. *Salix canaliculata* mihi. S. foliis lineari-lanceolatis, basi rotundatis, canaliculatis, subtus canosericis, amentis praecocibus, ellipticis, germinibus sericeis, sti-

mate bilobo sessili mihi. Frutex 3-4 pedalis ascendens, ramis brunneis tenuissime pubescentibus; folia bipollicaria et ultra, 4 lineas lata, lateribus inflexis canaliculata, supra nitida venis prominulis; petioli breves vix ultra duas lineas longi. basi dilatati, gemmam sericeam excedentes.

Amenta elliptica rara subsessilia, foliis duobus patentibus imo deflexis versus apicem canaliculatis, lanceolatis, subtus sub sericeis stipata iisque breviora. Squamae cuneatae, germine multo breviores, apice rotundatae, rubentes, superne nigrae, dorsoque barbata. Glandula nectarifera compressa truncata, (inferiores saepius emarginatae) rufa. Pistillum pedicellatum, pedicellus lineam longus cum germine oblongo-lanceolato, sericeo pubescens. Stigma sessile rubrum, bipartitum, lobis apice emarginatis. M-rem nondum vidi. In *Volhyniae salicetis*.

Ibidem n. 1245. *S. acuminata*. Ejus loco substitue *S. aquaticam* Sm.

P. 38. n. 1251 loco *S. glaucophyllae* substitue *S. leucophyllam* Willd. *Arb. ed. 2. p. 444*, atque refer ad sectionem ovario villosa, stylo brevi, amentis praecocibus, nam cum hac confundi amenta foeminea insequentis.

1609. *S. limosa* Wahl. *Fl. Lapp. p. 266 t. 16. f. 4.* excl. *S. nivea Seringe Essai p. 51* cui folia venis elevatis, amenta foemina longe pedunculata et stigmata bina. In uliginosis et turfosis totius *Polisiae*.

Ibidem post n. 1258 inserantur b. foliis latis.

1610. *S. elegans* mihi. S. foliis ellipticis, cordato-ellipticis, cordato-subrotundisve mucronatis reticulato-venosis, subtus glaucis integerrimis, amentis serotinis squamis barbatis, germinibus lanceolatis glabris pedicellatis. Mihi. Frutex 1-2 pedalis, ascendens, cortice cinereo-fusco plus minusve nitente, ex omni geruma caulium propullulant ramuli, in mascula

vix pollicares, in foeminea, duos circiter cum dimidio pollice longi, patentibus, omnes exceptis infimis amento terminali. Folia in hisce ramulis inferiora s. primaria sessilia aut subsessilia, elliptica, vix tres lineas longa, exteriora gradatim majora, unguicularia, elliptica, leviter cordato-elliptica, cordato-ovata (in Polisia lithuanica) oblonga (in Volhynica), apice plus minusve obtusa, supra opaca, juniora glaucescentia et subtus praepimis ad costam sericeo-villosa; venae demum supra prominulae et costae albae, margo quidquam reflexus; in fruticulo sterili adhuc (Vilnae ab amicissimo Prof. *Wolfgang* lecto) folia sunt elliptico-subrotunda, subcordata, in ramis vero terminalibus (in speciminibus cum capsulis maturis prope Rožany in Lithuania lectis) elliptico-lanceolata, versus basin glandula una alterave ad marginem. Petiolus in omnibus semi ad sesqui lineam longus. Stipulas nullas vidi. Amenta adscendentia: mascula clavata, vix ultra semipollicem longa, pedunculo vix $\frac{1}{3}$ amenti aequante pubescente; squama obovata, concava, lineam longa versus apicem barbata, pallida; glandula nectarifera cylindrica fere dimidium squamae aequans; stamina 2, filamentis squama duplo longior; antherae ellipticae flavae; flosculi inferiores remotiusculi; foeminea fere pollicaria, pedunculo et rachi pubescente, plus minusve $\frac{1}{3}$ amenti aequante; squama et glandula utriusque maris, quae squamae dimidium excedit; pistillum pedicellatum, pedicelli squama dimidio longiores, cum germine glaberrimi atroviolacei; germen lanceolatum, basi quidquam incrassatum obtusum, vix ultra 2 lineas longum. Stylus brevissimus bifidus aut bipartitus flavus, stigmatibus bilobis rubris. Capsula fuscens, lanceolata obtusa, vix 3 linearum. Semina comata more gentis.

Habere pro *S. myrtilloides* *Wahl. Fl. Lapp. p. 267. t. XVIII.*

(non *Willd. Spec. pl.*) nisi differret foliis constanter subtus glaucis, junioribus villosis, amentorumque squamis barbatis. (Haec ex descriptione l. c. desumpta). Concederem lubenter nostram esse varetatem, si borealis foret instructa amenti squamis barbatis et nostra glabris. Ad nostram potius spectat *S. myrtilloides* *Pall. T. II. p. 79.* nam amenta mascula dicit villosa.

1611. *S. onusta*. Mihi. *S. foliis elliptico-lanceolatis, aut obovatis, utrinque acutis, integerrimis, rugulosis, subtus glaucis, reticulato-venosis, amentis coetaeis germinibus lanceolatis glabris, longe pedicellatis, stylo brevissimo stigmatate quadrifido.* Mihi.

